Q ſit declaratū vniuerſaliter q̄ oīs forma naturalis talis eſt. ¶ Et. d. aīa igit̄ eſt corporis viui cauſa ⁊ principiū: ⁊ qr̄ hec duo dicunt̄ multipliciter: ſilr̄ ⁊ aīa eſt cauſa ſm̄ tres modos determinatos. ſ. cauſa monēs: finalis: ⁊ formalis: que determinate ſunt in ſermonibus vniuerſalibus phyſicis: a ¶ D. d. eſt em̄ illud ex quo fit mot⁹. ſ. cauſa agens motū. Et poſſum⁹ intelligere ex hoc motū in loco ⁊ generationē: ⁊ motū in augmēto ⁊ diminutiōe. Aīa eſt em̄ cauſa agens iſtos tres mot⁹ in aīato. D. d. ⁊ illud pp̄ qd̄ fuit corpus. ſ. cauſa finalis. Corpus em̄ nō fuit niſi propter aīam: cū declaratū eſt q̄ aīa ita eſt de corpore: ſicut forma de materia: ⁊ declaratū eſt in ſermonibus vniuerſalib⁹ q̄ materia eſt propter formā tm̄: ⁊ q̄ nō aliqd̄ ꝯñs materiā: aut aliqd̄ qd̄ fit de neceſſitate materie: ſicut exiſtimabāt antiqui: nō concedētes cauſam formalē eſſe neq̄ finalē: ⁊ aīa etiā cauſa. i. ⁊ aīa etiā eſt cauſa corporis ſm̄ ſubſtantiā ⁊ formā: ⁊ que eſt cauſa eſſe omniū.

Cā ⁊ ꝑnci
piū multi
plr̄ dr̄ri iđ
j. ph̄. cō. j.
et. 5. me. t.
ꝯ. 1. et. 12.
meta. 23.
a' Tex. c.
28. ⁊. 29.
In. 2. ph̄.
a. 74. vſ
q̄ in finē.
cē eſt eſſe
et⁹ forme
iđ. 8. c. 7.
8. met. 7.
Uiuere vi
uentibus
ēſt eſſe.

¶ Quod quidē gitur ſit ſicut ſpecies manifeſtū eſt. Cauſa enim ipſius eſſe omnib⁹ ſpecies eſt. Uiuere autē viuētib⁹ eſt eſſe. Cauſa autē ⁊ principiū horū anima. Amplius autē eius q̄ potētia ratio actus eſt. Manifeſtū autē eſt q̄ ⁊ cuius gratia anima cauſa. Sicut intellectus gratia huius facit: eodem modo ⁊ natura. Et hoc eſt ipſius finis huiuſmodi autē in aīalibus aīa ⁊ ſm̄ naturā. Oīa em̄ phy. corpora aīe inſtrumēta ſunt: ſicut aīalium: ſic ⁊ plātarum tanq̄ gratia aīe exiſtētia. ¶ Dupliciter autē dicitur et q̄ cuius cauſa eſt: ⁊ q̄ cuius: ⁊ q̄ cui. At vero ⁊ vnde primū qui ſm̄ locū motus aīa eſt. Nō omnib⁹ autē viuentib⁹ ineſt potētia hec. Eſt autem alteratio ⁊ augmentū ſm̄ animā: ſenſus em̄ alteratio quedā eſſe videt̄. Nihil autē ſentit qd̄ non habet animā. ſimiliter autem de augmento ⁊ decremento ſe habet. Nihil em̄ decrementum patitur neq̄ augmentatur phyſice: niſi alatur. Alitur autē nihil quod non communicet vita.

¶ Et eſſe viui eſt viuere: ⁊ aīa eſt cauſa ⁊ principiū iſtius: et etiā endelechia eſt intentio eius quod eſt in potentia ens. Et manifeſtum eſt q̄ aīa eſt cauſa etiā propter quid. Qm̄ quemadmodum intellectus nihil agit niſi pp̄ aliquid in natura: ⁊ hoc eſt finis ei⁹ ⁊ ſimiliter aīa in aīalibus: ⁊ in omnib⁹. Oīa em̄ naturalia ſunt organa aīe: ſicut in aīalib⁹ ⁊ plātis: ita q̄ eſt etiā cauſa aīati. Et propter quid dicitur duobus modis. Quorū vnus eſt illud propter quod: ⁊ alius cuius eſt hoc. Et anima eſt etiam illud ex quo primo fit motus in loco. Sed iſta virtus non inuenitur in omnib⁹ viuis. Et alteratio etiam ⁊ augmentum fiunt per animam. Senſus enim exiſtimatur eſſe alteratio aliqua. Et nihil ſentit niſi habeat animam. Et ſic eſt de augmento ⁊ diminutione. Nihil ebim augetur ⁊ diminuitur naturaliter: niſi nutriatur: ⁊ nihil nutritur niſi habeat partem in vita.

37 ¶ Cū poſuit q̄ aīa eſt cauſa corporis tribus modis: de quib⁹ modis dicit̄ hoc nomē cauſa: incepit declarare modos iſtos eſſe in ea ⁊ in primo qd̄ eſt cauſa corporis ſm̄ formā. ¶ Et. d. ⁊ eſſe viui ⁊c. i. ⁊ ſignum q̄ aīa eſt forma

corporis eſt:ꝙ hic ens viuū nō hȝ eſſe ſm ꝙ eſt viuum niſi ꝑ illud per qđ vi R
uit.i.ꝙ eſt cauſa iſtius actionis.ſ.vite.ꝛ manifeſtū eſt ꝙ cauſa iſtius actio= Forma ē
nis eſt anima:ergo hoc qđ ē viui ſȝ qđ eſt viuū eſt per aīam:ꝛ illud per qđ id ꝑ qđ alſ
eſt ens :et eſt hoc ſua forma:ergo eſt forma aīati:cū nō eſt hoc ꝛ ens niſi ꝑ qđ eſt ēs.
aīam.¶D.d.ſcđaȝ rationē ſup hoc: ꝛ etiā endelechia eſt itētio ei⁹:qđ eſt in 10.8.7.8.
potētia ens idest ꝛ etiā aīa eſt ſm ꝙ iā declaratū eſt ꝑfectio.perfectio autē ꝛ.36.ꝛ.8.
eſt formaꝛ intentio eius quod eſt in potentia ens:ergo anima eſt forma. meta.c.7.
¶Et cū declarauit eā eſſe cauſaȝ ſm formā:declarauit etiā eā eſſe cauſam 2
ſm finem:ꝛ.d.manifeſtū eſt ꝙ aīa eſt cauſa ꝛc.i.manifeſtū eſt ꝑ ſe ꝙ aīa eſt
cauſa corporis aīati ſm illud propter qđ fuit corpus animatū. Queadmo
dum em̄ multa artificialia nō agunt niſi propter aliquid: ſic etiā eſt de na=
tura.ſ.ꝙ nō agit niſi propter aliquid:ꝛ hoc eſt finis nature.ſ.ꝙ nō agit niſi
propter aliquid:ſicut ars nō agit niſi propter aliquid . ¶D.declarauit qđ
illud propter quod natura agit videtur eſſe aīa in aīalibus: ꝛ non ſoluȝ in
animalibus:ſed omnib⁹ rebus naturalib⁹. Et.d.ꝛ ſimiliter aīa in aīalibus
ꝛ in omnibus.i.ꝛ quēadmodū forma eſt finis artis in artificialib⁹ :ita aīa
eſt finis nature in animalibus: ꝛ ī omnib⁹ naturalib⁹. ¶D.declarauit mo
dum ex quo apparet ꝙ aīa eſt finis omniū naturaliū:ꝛ.d.oīa eīn natura= S
lia ſunt inſtrumenta aīe ꝛc.i.ꝛ diximus ꝙ anima eſt finis omnium natura Oīa nāſa
lium:qꝛ omnia naturalia videntur inſtrumēta eſſe indifferenter in omni= lia ſunt iſ
bus animatis.Et ſicut videtur in animalib⁹ ita videtur in plantis.¶D.d. ſtrumēta
ita ꝙ etiā illa eſt cauſa aīati ꝛc.i.ꝛ hoc quod diximus de ea nō latet: immo aīe. Uide
eſt manifeſtū per ſe:adeo ꝙ apparet ex hoc ꝙ anima etiā eſt cauſa anima= j.t.cō.32.
ti.Illud em̄ propter quid inuenitur aliquid:dicitur duobus modis. Quo
rum vnus eſt illud propter quod inuenit̄ aliquid:ꝛ iſta eſt proportio ani=
me ad corpus.Et alius eſt illud cuius eſt hoc propter quod inuenitur ali=
quid:ꝛ iſta eſt proportio anime ad animatū.Dicimus em̄ ꝙ anima et cor=
pus vtrumqꝫ non ſunt niſi propter animatum.
¶Et cum declarauit eam eſſe cauſam ſm formā ꝛ ſm finem:declarauit etiā
eam eſſe cauſam mouentē ſm omnes modos motuū exiſtentes in animato 3
ſiue veros ſiue exiſtimatos eſſe motus. ¶Et dicit ꝛ aīa etiā eſt illđ ex quo
primo fit motus in loco:ſed iſta virtus non eſt in omnibus viuis.i.in om=
nibus animalib⁹.¶D.d.ꝛ alteratio etiā ꝛ augmentū ꝛc.i.ꝛ alteratio attri=
buta ſenſibus:ſicut quidā reputāt:ſi conceſſerimus eam eſſe motū erit:per
animā:ꝛ ſimiliter augmentū ꝛ diminutionē.Nihil em̄ dicitur habere hūc
motū.ſ.ſenſum:niſi habeat animā.¶Deinde dicit ꝛ ſimiliter eſt de augmē
to ꝛ diminutione.i. quemadmodū apparet ꝙ nō ſentit niſi habēs animā: T
ſic apparet ꝙ non augmentat̄ neqꝫ diminuit̄ niſi illud quod habet cōmu= Mortuū
nicationem cum aīalibus in aliqua parte anime.Nihil em̄ diminuitur na nō dr̄ de
turaliter:aut augmentatur naturaliter: niſi habeat virtute nutriendi . Et aīali niſi
nihil nutritur niſi habeat cōmunicationem in vita attributa animalibus. cū carue=
Et ideo hoc nomen mortuum non dicitur de animali:niſi cum caruerit cō rit cōica=
municatione quam habet cum plantis. tiōe q̄ hȝ
¶Empedocles autez non bene dixit hoc addens augmentum cū plātis.
accidere plātis. Deorſum quidem radicem mittentibus: propter 3ď pīo d
id ꝙ terra ſic fertur ſecundum naturam. Surſum autem propter aīa 2.vlt.
ignem ſimiliter. Neqꝫ enim ſenſum ꝛ deorſum bene accepit. Non et h.8.3.ꝛ
enim idem omnibus ſurſum ꝛ deorſum et omni: ſed ſicut caput 16.ꝛ.14.
animalium:ſic radices plantarum ſunt. Si congruit inſtrumen=
ta dicere altera ꝛ eadem operibus.

¶ Empedocles autem non recte dixit in hoc et vere:cum dixit
ꝙ augmentum quod accidit in plantis. In hoc autem qđ rami
ficatur per radices:inferius fit per motum ipſius terre naturaľr
ad iſtam partem:⁊ hoc poſuit cauſam. In hoc vero qđ ramifica
tur ſuperius fit quia ignis mouetur ſimiliter ad ſupi⁹:⁊ hoc po
ſuit cauſam. Hoc enim quo vtitur etiam in ſuo ſermone de ſu=
periori ⁊ inferiori non recte;fuit dictum. Superius ⁊ inferius nō
ſunt idem omnibus rebus:⁊ in omni. Sed quemadmodum ca=
put eſt animalibus:ita radices plantis. Cum per actiones debe
mus dicere in inſtrumētis eorū que ſunt ꝯueniētia aut diuerſa.

58 ¶ Cum declarauit ꝙ motus augmenti non eſt ex pncipio qđ eſt elementū:
incepit declarare ꝙ Empedocles errauit:cum opinabatur ꝙ hoc princi=
pium eſt ex elementis:⁊ ꝙ augmentum in plantis ad inferius eſt propter
partē grauē.ſ.terrā ⁊ aquam:⁊ ſupius pp leuē.ſ.aerē ⁊ igneꝫ. ¶ Et.d. empe
docles autem ⁊c.i.empedocles autem non bene exiſtimabat : cum opina=
batur ꝙ hoc principiū non eſt aīa:⁊ ꝙ hoc quod accidit de augmento in
plantis:eſt per nām elementoꝝ:illud igiť quod augeť inferius eſt per na
turam terre:⁊ hoc poſuit cām eius.i.⁊ poſuit cām motus iſtius ad inferius
naturam grauem:⁊ cauſam in augmento ramorum ad ſupius nāꝫ leuem
ſcilicet igneam. ¶ D.incepit narrare quid contingit huic ſermoni de erro=
re.⁊ dicit.hoc etiā quo vſus fuit in ſermone ſuo de ſuperiori ⁊c.i.⁊ iſte ſer=
mo quē induxit in dādo cām illius motus cōtrarij qui inueniť in augmē
tabili non eſt verus. Hoc enim quod exiſtimabať ꝙ ſuperius in plantis eſt
ſuperius in mundo ⁊ inferius inferius:non eſt verum:qm̄ neqꝫ in pte con
ueniunt:neqꝫ in natura:neqꝫ in potētia. In parte aūt:qꝛ lꝫ hoc cōcedam⁹
in plantis:tn̄ in plurib⁹ aīalibus nō poſſumus illud concedere. Superius
enim in eis non reſpicit ſupius mundi:⁊ veritas nō concedit hoc. natura
enim inferioris in plantis alia eſt a natura inferioris in mundo.ſed cōtin
U git congregatio eorum in pte eadē caſu:⁊ ipſa eadē eſt natura ſuperioris
in animalibus. ¶ Et ſignum eius eſt ꝙ caput in animalibus eſt ſiľe terre
in plantis:cum actio eorum ſit eadē:⁊ p actiones debemus reſpicere incō
uenientiam ⁊ diuerſitatē in partib⁹ augmētabilib⁹. ¶ Et.d.ſuperi⁹ enim
⁊c.i.⁊ primus error empedoclis eſt.ſuperius ⁊ inferius non ſunt eadeꝫ ps
in omnibus rebus:⁊ in omni.ſ.mundo:quoniam lꝫ hoc concedamus ī plā
tis:quid poſſumus dicere in pluribus animalibus:ſupius eīn in animali
bus non reſpicit ſuperius mundi. ¶ D.d.ſed quēadmodū caput ⁊c.i.ſꝫ nō
concedamus ꝙ inferius in plantis ſit inferius in mūdo ſm nām ⁊ poten
tiam:neqꝫ ſuperius in eis ſuperius in mundo:lꝫ ſint in eadē pte. Natura
enim capitis in aīalibus eſt natura radicis in plantis:cum habeant eaſdē
actiones.⁊ ſm actiones a eſt dicendum ꝙ ptes aīaliū ⁊ plantaꝝ ⁊ inſtru
mēta eorū ſunt conuenientia:aut diuerſa in natura.⁊ cum natura radicis
in plantis eſt natura capitis in animalibus:tunc ſuperius in plantis ē in
rei veritate inferius in mundo.et ſi nos conceſſimus ꝙ eſſet inferius:tunc
hoc quod accidit plantis ſcilicet ꝙ inferius in eo eſt inferius mundi non
accidit niſi cauſaliter:non quia habent eandem naturam:ita ꝙ ad inferi⁹
in plantis:mouetur pars grauis:⁊ ad ſuperius leuis. Quoniā ſi ita eſſet:
tunc neqꝫ ſuperius neqꝫ inferius haberet animal : neqꝫ natura ſuperio=
ris et inferioris in plantis ⁊ animalibus eſſet eadem . ¶ Et.d.quod poten
tia capitis in animalibus eſt potentia radicis in plantis . quia hoc eſt

Per actio
nes debe=
m⁹ reſpi=
cere icōue
niētiā ⁊ di
uerſitatē ī
ptib⁹ aug
mētabili=
b⁹.vide p
iſto.7.m.
9.et.8.m.
31.7.9.m.
p.7.et hic
ſupra.1.22.
a Scđꝫ ac
tiōes ē di
cēdū ꝙ p=
tes anima
lium ⁊ plā
tarum et

principiū b eius:per quod animal eſt animal.ſ.ſenſus.hoc autē eſt principium eius per qđ plante ſunt plante.ſ.cibi.⁊ ideo ſi;caput ex animali et radix ex plantis abſcinditur:depereunt.

¶ Ad hec autē quid eſt continens in cōtraria que ferunt̄ ignem ⁊ terrā. Diſtrahent enim niſi aliquid ſit prohibens. Si vero erit: hec eſt anima ⁊ cauſa alimenti ⁊ augmenti.

¶ Et poſtea quid eſt illud qđ retinet ignē ⁊ terrā:cū moueatur ad partes contrarias. Sunt enī veloces ad ſeparationem niſi aliquid prohibeat. Et ſi illic fuerit aliqđ ꝓhibēs:illud prohibēs debet eſſe cauſa:vel anima:⁊ cauſa in augmēto ⁊ nutrimēto.

ista cor: ſunt cōuenientia: aut diuerſa in nā. b hic.d.cōmē.caput eſſe principiū ſenſationis.oppoſitū.d.i lib. d ſēſu ⁊ ſenſato

¶ Et cū ꝯceſſerimus ꝙ natura ſuperioris ⁊ inferioris in plantis eſt natura ſuperioris ⁊ inferioris in mūdo:⁊ ꝙ pars ignea mouetur in plātis ad ſuperius:⁊ terreſtris ad inferius. Et nos videmus ꝙ eadē pars mouetur ad ſuperi⁹ ⁊ ad inferius inſimul. Uidem⁹ enī ꝙ q̄libet pars potentie ſenſibilis:⁊ quodlibet mēbrū mouetur ad vtrāq; partē inſimul. Si igitur poſuerim⁹ ꝙ illa pars ſit vnica.ſ.que mouetur ad vtrāq; partē:tūc principiū per qđ mouetur iſtis duobus motibus inſimul eſt vnicū principiū. Iſtud igitur principiū h₃ potentiā vt moueatur ad vtrāq; partē inſimul:qđ non eſt in elemētis:qm̄ vna pars eoꝝ non h₃ niſi vnicū motū:ſiue fuerit ſimplex: ſiue compoſita. Qm̄ ſi fuerit compoſitū ex eis mouebitur ſm elementū dominans. Et ſi partes que mouentur in illa eadē parte in ſenſu aut in natura ad ſuperius:ſint alie a partibus que mouentur in illa parte ad inferius:tūc ille partes neceſſario ſunt diſtincte abinuicem:aut q₂ ſunt ſimplices:aut quia illud qđ dominat̄ in eis q̄ mouent̄ ad inferius de corporibus ſimplicib⁹ eſt aliud ab alio qđ dominat̄ in eis que mouent̄ ad ſuperius. Et ſi ita ſit quid eſt illud qđ retinet ignē ⁊ terrā:aut partē igneā ⁊ terreſtrē:cū nō poſſumus dicere ꝙ hec duo ſint admixta:quoniā ſi eſſent admixta mouerentur ad eandem partē.ſ.dominātis. Et ſi ita eſſet cito ſepararent̄:niſi aliquid prohiberet:ſed contingit eis neceſſario dicere illic eſſe prohibēs cū videantur non ſeparari:ſ₃ ꝑmanere inſi'l dū viuit plāta:⁊ hoc eſt neceꝛium eis:cū cōceſſerint illic eē ꝓhibēs:cui⁹ potētia nō eſt potētia elītoꝝ:dicemus eis ꝙ illud prohibēs eſt aīa:ſm hoc igit̄ eſt ſermo ei⁹ in hoc itelligēd⁹ il₃ ſit valde breuis.

39 Idē.3.ph 6.⁊.8.ph: 23.

Motus mixti eſt ſm elemētū dominās. Idē₃ ſ.cō.14. ⁊ q̄ ibi.

¶ Uidetur autē quibuſdā ignis natura ſimplr cā alimēti ⁊ augmenti eſſe. Et namq; ipſum videtur ſolum corporeū ⁊ elementorum qđ alitur ⁊ augmentat̄. Unde ⁊ in plantis ⁊ in aīalib⁹ putabit vtiq₃ quis hoc eſſe quod operatur.

¶ Et quidā exiſtimant ꝙ natura ignis eſt ſimpliciter cauſa nutrimenti ⁊ augmenti. Ignis enī inter corpora aut inter elementa nutrit̄:et augetur:⁊ ideo exiſtimatur quod ipſe facit hoc in plantis etiam et in animalibus.

¶ Cum deſtruxit ſermonem fingētiū ꝙ augmētū eſt ꝑ ꝓncipiū elementare ſc₃ graue aut leue.icepit ēt deſtruere ſermonē fingētiū ꝙ pricipiū nutrimēti et augmēti nutribilis eſt ignis aut ps ignis:aut aliqđ igneū. ¶ Et.d. et qdā &c.i.⁊ qdā exiſtimāt ꝙ nā ignis i eo ꝙ ē ignis:nō ſm ꝙ eſt aliqs ignis. ¶ Et hoc itēdebat cū.d.ſimplr ē cā nutrimētī ⁊ augmēti.⁊ opinati ſūt hoc q₂ viderūt ignē alſare oīa i ſua ſbā:ad eo ꝙ augmētat̄ ꝑ illđ:⁊ q₂ nutribile apđ eos nutrit̄ alterādo oīa i ſuā ſbām: iđ exiſtimauerūt ꝑ duas affirma 4

tiuas in ſecunda figura:ꝙ ignis facit hoc ſimpliciter.

¶Hoc aūt cõcauſa quidē quodammodo eſt:nõ tñ ſimpliciter cā

T ſʒmagis aīa.Ignis.n.augmentū in infinitum eſt quouſqꝫ fuerit combuſtibile.Natura autem conſtantium omnium terminus eſt ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmenti.Hec autem anime ſʒ nõ ignis ⁊ rationis magis ꝙ̃ materie.

Oīum nã cõſtãtium termin⁹ ē ⁊ rõ magnitudinis ⁊ augmēti.

¶Dicamus igitur ꝙ ignis nõ eſt niſi cõiunctus cāe aliquo modo:⁊ nõ eſt cā ſimpliciter. Sʒ aīa eſt dignioꝛ vt ſit cā.Augmētum enim ignis eſt in infinitum dum cõbuſtibile eſt.ea aūt que conſtituuntur per nãm oīa hñt finē ⁊ terminū in quantitate ⁊ augmēto:⁊ iſta ſunt anime nõ ignis:⁊ ſunt digniora intentioni ꝙ̃ mãe.

41 ¶Cum narrauit hāc opinionē incepit pꝛimo narrare partē veram que eſt

3 in ea:⁊ partem falſam.¶Et.d.dicamus igitur nos ꝙ ignis nõ eſt cā nutrimēti ⁊ augmēti in aīalibus ſimplr̄:ſed attribuit̄ cāe quaſi inſtr̄m ſuoꝛum inſtrumentoꝛū:immo aīa eſt illa ad quā attribuitur ſimpliciter hec actio: ⁊ cõceſſit ꝙ ignis eſt cõiunctus cauſe ſm ꝙ aliqđ attribuitur alicui: cuius actio nõ perficitur niſi per illud.Quia nutribile nõ videtur alterare cibum niſi per partē igneam exiſtentem in eo.Hoc.n.elementū inter alia aut eſt alterãs alia:aut magis dominatur in eo alterare ꝙ̃ in alijs elr̄itis:⁊ ideo fuit neceſſe vt eſſet dñans in coꝛpoꝛibus nutribilibus.¶Et cum declarauit ꝙ ſi iſta actio fuerit attributa ei nõ erit attributa niſi ſm ꝙ eſt cõiunctus cauſe non ꝙ ipſe ſit cā:declarauit modū ex quo opʒ nõ attribuere iſtam actionem igni ſimpliciter:⁊ ꝙ dignius eſt attribuere eam ſimpliciter aīe:⁊.d.augmentū enim ignis eſt in infinitū ⁊c.i.⁊ ſignū ꝙ pꝛimū mouēs in nutrimento et augmento eſt aīa non pars ignea eſt:qꝛ iſte motus.ſ.alterare aliqđ in ſbm alteratis:⁊ eius augmentum per illud qđ alterat ſi fuerit in ſolo igne abſqꝫ alia virtute ſibi cõiūcta.ſ.vt pꝛimū mouēs ſit potētia ignis ſm ꝙ eſt ignis nõ alia virtus cõiuncta igni inuenietur infinitus:⁊ nõ ceſſabit in aliquo termino dum cõbuſtibile inuenerit.Motus aūt alterãdi ⁊ augmentandi quis inuenitur in hac natura augmentabili:ſemper inuenitur finitus ⁊ terminatus in quãtitate.Unde manifeſtū eſt in figura ꝙ iſte motus non eſt ignis ſimpliciter:⁊ cū nõ eſt ignis neceſſario eſt alterius pꝛincipij:⁊ illud vocam⁹ aīam nutritiuã.¶Et intēdit per terminū ⁊ mēſuram vltima naturalia que inueniuntur in quãtitatibus coꝛpoꝛum augmētabilium.¶M.d.⁊ ſunt digniores intentioni ꝙ̃ materie.i.⁊ iſta actio que inuenitur in hoc motu.ſ.ꝗ incepit a pꝛincipio terminato ⁊ peruenit ad finem terminatum.Dignius eſt vt attribuatur ei quod eſt in iſta actione quaſi foꝛma.ſ.aīa ꝙ̃ illi qđ eſt quaſi materia ⁊ inſtr̄m.ſ.ignis.¶Et.d.hoc:qꝛ appet ꝙ actio augmenti eſt cõpoſita ex actione ignis.⁊ ex aliqua intentione in igne.Alterare.n.qđ eſt in eo dʒ attribui igni:⁊ qꝛ eſt terminatum debet attribui virtuti coniuncte cum igne:quēadmodum mollificare ferrum per ignem ad faciendum aliquod inſtrumentum ſm ꝙ eſt mollificare attribuitur igni:⁊ ſmqꝫ illa mollificatio habet terminum notum in vnoquoqꝫ inſtrumento attribuitur virtuti artis.

Ignis dñatur in coꝛpib⁹ nutribilib⁹ Sʒ oppm̄.2.d gñatiōe ⁊ coꝛruptione.t.c.49. vbi dr̄ ꝙ terra ⁊c.

Idē.6.ph. 91.⁊.8. ph.62.

Uide cām iſti⁹ rōnis 3.ph.59.⁊ 60.⁊.3.celi.17.⁊ 72.⁊ pmo ca.dſbaoꝛ. vbi dr̄ qđ Themiſtius eſt a foꝛma.

¶Quoniam aūt eſt eadē potētia aīe vegetatiua generatiua: de alimento neceſſariū eſt determinare pꝛimum : ſeparatur enim ab alijs potentijs opere hoc.

¶Quoniam igitur virtus nutritiua et generatiua ſunt eedem:

oportet

opꝫ prius neceſſario determinare quid eſt nutrimentum: ⁊ diſtinguere ab alijs virtutibus.

Cum narrauit primo ꝙ vult loqui poſt de virtute nutritiua cuꝫ ſit magis vl'is: ⁊ primū eoꝝ que apparēt in eo vel primū eoꝝ de quibus conſideraṫ ex hac virtute eſt ꝙ aīa: ⁊ ſue actiōes ſunt augmentareꝫ nutrire ⁊ gñare. Incepit modo determinare quod eſt illud de quo opꝫ conſiderare primo in hac virtute poſtꝙ cognoſcitur eſſe anima. ¶ Et. d. ⁊ q2 potentia nutriendi ⁊ generandi ⁊c. i. ⁊ q2 ſubiectū potentie nutritiue ⁊ augmētabilis ⁊ generatiue idē eſt. ſ. nutrimentū. ⁊ iam a diximus primo ꝙ via ad cognitionem ſubſtātiarū iſtarum virtutū non eſt niſi per cognitionem paſſiuoꝝ earū prio: vñ neceſſe eſt primo incipere ⁊ determinare cibū ꝗd ſit: ⁊ nutrire ꝗd ſit. Et cū narrauit hoc: incepit demonſtrare quid eſt cibus. 42 Sbꝫ potē tie nutritiue ⁊ augmētabilis ⁊ gñatiue idē eſt. vide. j. de ge. 39. ⁊ 41. a Supra. t. cō. 33.

¶ Videtur aūt eſſe alimentū cōtrariū cōtrario: nō oē autē omni: ſed quecūqꝫ cōtrarioꝝ nō ſolū generationem habent ex inuicem: ſed ⁊ augmentum. Fiunt enim multa ex ſeinuicem: ſꝫ non omnia quanta: vt ſanum ex laborante. Videntur autem neqꝫ illa eodem modo adinuicem eſſe alimentum: ſed aqua quidem igni alimentum eſt: ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus quidē igitur corporibus hec eſſe videntur maxime: aliud quidem alimentum: aliud vero quod alitur. B

¶ Dicamus igitur ꝙ exiſtimatur ꝙ nutrimentum eſt contrariuꝫ cōtrario: ⁊ nō oē cōtrarium omni cōtrario: ſꝫ cōtraria que non tā tum fiunt abinuicem: ſed etiam augentur. Plura enim fiunt abinuicem: ſed non omnia augentur. V. g. ſanū ab infirmo. Et inuenimus etiam ꝙ non eodem modo ſunt nutrimentum adinuicem: ſed aqua eſt nutrimentum igni: ignis autem non eſt nutrimētum aque. In corporibus autem ſimplicibus hec duo proprie exiſtimantur ꝙ alterum eſt nutrimentum: ⁊ alterum nutribile.

¶ Dicit. ꝙ exiſtimatū eſt ꝙ nutrimentū eſt illud qđ eſt cōtrarium nutribili: ſicut quidā exiſtimati ſunt: ſed iſta exiſtimatio nō eſt in omni contrario: ſꝫ in eis contrarijs que non tm̄ fiunt abinuicem: ſed etiā augmentanṫ. Plura eñ cōtraria que generanṫ abinuicē non augmentantur abinuicem: ſanum eñ fit ab infirmo: ſed nō nutritur ex eo. ¶ Et hoc intendebat cū. d. ⁊ non oē cōtrariū oī cōtrario ⁊c. ⁊ ſermo eius eſt intellectus per ſe. ⁊ innuit per hoc contraria que ſunt in ſbā. ¶ Iſta eñ exiſtimantur augmentari abinuicē: et nutriri abinuicem. ¶ Et cū declarauit ꝙ iſta exiſtimatio nō inuenitur niſi in cōtrarijs que ſunt in ſbā: ⁊ ſunt ea que poſſibile eſt vt nutriri reputentur abinuicē: declarauit etiā ꝙ hoc nō equaliter inuenitur in vtroqꝫ contrario Cōtraria. n. nō videntur nutrire ſe adinuicem equaliter. ¶ Et. d. videmus etiam ꝙ nō eodem modo ſunt nutrimentum ⁊c. i. ⁊ iſta exiſtimatio nō inuenitur in vtroqꝫ cōtrarioꝝ ꝗ ſunt in ſbā equaliter. ſ. vt vtrūqꝫ eoꝝ nutriat ſuū cōpar equaliter. Aqua. n. ⁊ v'r corpora humida videntur eſſe nutrimētum ignis. Ignis autem nō videtur eſſe nutrimētū alicui. ¶ Et cū narrauit ꝙ iſta exiſtimatio debilis eſt ſi accepta fuerit abſolute: narrauit ꝙ iſta exiſtimatio tantum inuenitur in elementis: ⁊. d. in corporibus autem ſimplicibus ⁊c. ideſt exiſtimare autem ꝙ nutriens eſt contrarium nutribili: non inuenitur proprie niſi in duobus his corporibus ſimplicibus. quoꝝ alterum eſt ignis: ⁊ alterum humidum: vt aqua ⁊ aer. 43

¶ Dubitationē aūt hʒ. Dicunt enim hi quidem ſimile ali ſimili: ſicut ⁊ augeri. Alijs aūt ſicut diximus econtrario videtur ali ecō trarium contrario: tanq̄ impaſſibile ſit ſimile a ſimili. Alimentuʒ aūt mutari ⁊ decoq̄. Mutatio aūt oīs in cōtrariū: aut in mediuʒ.
¶ Sed in hoc eſt locus dubitatiōis. Quidam enim dicunt ꝙ ſimile nutritur per ſimile: ⁊ ſimiliter etiam augmentatur. Et quidam econuerſo. ſ. ꝙ contrarium nutritur per ſuum contrariuʒ: ſimile enim nō patitur a ſuo ſimili. Et nutrimentuʒ tranſmutatur ⁊ digeritur. ⁊ tranſmutatio in quolibet eſt ad diſpoſitionem oppoſitam: aut ad medium.

44 ¶ Sed iſta exiſtimatio lʒ inueniatur in elementis ꝑ ſenſum ⁊ inductioneʒ:
Prioꝺgħa tñ in ipſa qōne eſt loc⁹ dubitationis ex ꝓpōnib⁹ famoſis. Eſt. n. ſermo q̄dā
tiōe. 39. et qui dat ꝙ nutrimentū eſt ſile: ⁊ alius q̄ dat nutrimētū eſſe cōtrariū. ¶ D. d.
p. ccli. 21. rōnem ſuꝑ vtrūq̄ ſermonē: ⁊. d. q̄dā. n. dñt ⁊c. i. q̄dā. n. antiquorū opinabātur
B ꝙ nutrimentū dʒ eſſe ſimile: q2 ſile nutrit ſuū ſimile: ⁊ augmentat ipm. Cōtrariū. n. trāſmutat ſuū cōtrariū: ſed nō nutrit ipm: neq̄ augmētat. ¶ Et cū dixit hāc rōnē: dixit ēt rōnem ꝙ nutrimentū eſt cōtrariū: ⁊. d. ⁊ q̄dā econuerſo. i. ⁊ dixerūt hoc. ſ. ꝙ cōtrariū nutrit a ſuo cōtrario: nō a ſuo ſili: opinati ſunt ꝙ nutrimentū patit a nutribili: ⁊ ſile nō patitur a ſuo ſili: ergo nutrimētū nō eſt ſile. Et cū viderūt ēt ꝙ nutrimētū trāſmutat in nutribile et
Jð. 5. ph. patit: ⁊ oīs trāſmutatio eſt a cōtrario a cōtrariū: aut ad illud qđ eſt mediū
6. 19. ⁊. 52 inter cōtraria: cōcluſerunt ex hoc ꝙ nutrimentum eſt contrarium.
⁊. 10. met. ¶ Adhuc aūt patitur aliq̄d alimentū ab eo qđ alitur: ſed nō hoc
23. ⁊. ſ. ph. ab alimento: ſicut neq̄ faber a materia: ſʒ ab illo hic: faber autem
2. 40. ad mutat ſolū in actū ex ocio. Utrū aūt ſit alimentum quod vltimo
50. aduenit: aut quod primo habet differentiam. Si autem vtrūq̄ ſʒ hoc quidem non coctum: illud aut coctum: vtroq̄ modo vtiq̄ cōtinget alimentum dicere: inquantum enim non coctuʒ contrariū contrario alitur: inquantū aūt coctum ſimile ſimili. Quare manifeſtū qđ debēt quodāmodo vtriq̄ ⁊ recte et non recte.
¶ Et etiam nutrimentū patit quodāmodo a nutribili: ſed non ecōuerſo: ſicut carpētarius nō a materia: ſed materia ab illo: carpentarius aūt tranſmutatur tm̄ ad actionem ex ocio. Inter hoc igitur ꝙ nutrimentuʒ ſit illud qđ copulatur in poſtremo. ⁊ hec. ſ. vt ſit illud qđ prius copulatur eſt differentia. Si igitur nutrimentum eſt vtrūq̄: ſed hoc eſt illud quod digeritur. Illud autem qđ digeſtum eſt: poſſibile eſt dicere ꝙ nutrimentum eſt vtrumq̄. Secūdū eñ ꝙ eſt nō digeſtū cōtrariū nutritur a contrario. Scđm vero ꝙ digeſtum ſimile a ſimili. Qm̄ aūt vtraq̄ iſtarum ſectaruʒ vere et non vere dicitur aliquo modo: manifeſtum eſt.

45 ¶ D. ⁊ etiā nutrimentū patit quoquo modo ⁊c. i. pōt intelligi ꝙ iſte ſermo
C eſt quaſi rōcinatio iuuās dicentē ꝙ nutrimentū eſt contrariū ⁊ remouens
Prim⁹ mo obiectiones cōtradicentes huic ſermoni. Pōt enim aliquis dicere ꝙ ſi nu
d⁹ itrodu trimentum eſſet cōtrarium nutribili: opʒ vt vtrumq̄ tranſmutaretur a ſuo
cēdi textū. cōpari: ⁊ pateretur ab eo: ⁊. q. d. rñdendo ꝙ nutrimentum eſt quod patit a nutribili: nō nutribile a nutrimento. Nō. n. eſt neceſſe vt ab oī patiente patiatur agens eo modo quo patiēs patit ab eo. Lignū eñ patit a carpēta-

rio:ſed carpentari⁹ nõ patiť a ligno:niſi aliquis vocet illã trãſmutationem que eſt ex ocio ad operationẽ paſſionẽ.¶Et forte a preponebať iſte ſermo ad illud qđ vult de diſſolutione iſtius dubitationis:ꝛ ad demonſtrandũ illud qđ collocať de vero in vtroqꝫ iſtorũ duorũ ſermonũ oppoſitorũ. Qm̃ cũ hoc fuerit ſcitũ de nutrimẽto ꝛ nutribili.ſ.ꝙ nutrimentũ eſt illud quod trãſmutať in formã nutribilis nõ nutribile in formã nutrimẽti: neqꝫ vtrũqꝫ a ſuo cõpari equaliter.et ꝙ ita eſt de nutrimẽto ꝛ nutribili: ſicut de carpentario ad lignũ:nõ ſicut cõtraria quorũ eadẽ materia declarabiť ſtatim cum nutrimentũ dr̃ duobus modis.Dicit̃ eñ de illo quod adhuc nõ digeritur:neqꝫ trãſmutatur in naturã nutribilis: ꝛ diciť etiã de illo qđ digeſtũ ꝛ trãſmutatur in naturam nutribilis:ꝙ cibũ eſſe ſimilẽ vere diciť de digeſto.et contrariũ de indigeſto.¶Et ideo dicit poſt. Inter hoc igitur ꝙ nutrimentũ ꝛc.i.et cum nutriẽs eſt illud qđ alterat nutrimentũ in ſubſtantiã ſuam:manifeſtũ eſt qđ magna differẽtia eſt inter hoc quod fit nutrimentũ et inter hoc quod copulatũ eſt cum nutribili:apud cõplementum digeſtionis:et inter illud quod innatũ eſt vt cõpletur cum nutribili:ſed nondũ copulatur. Deinde dicit ſi igitur nutrimentũ eſt vtrũqꝫ ꝛc.i.ſi igiť hoc nomẽ nutrimẽtum dicitur de vtroqꝫ.Sed alterum eorum eſt nutrimentũ in potẽtia cum innatum eſt digeri:ſed tamen adhuc non digeritur: alterũ aũt eſt nutrimentũ in actu:et illud eſt quod iam digeritur: vere poſſumus dicere vtrumqꝫ de cibo.ſ.ſimile et diſſimile ſine aliqua cõtradictiõe.Ibi enim duo ſermones non eſſent contrarij niſi hoc nomen nutrimentũ diceretur eodẽ modo.Nutrimentũ enim non digeſtum eſt nutrimentũ in potentia:quod vere poteſt dici contrariũ.Nutriens enim non agit in ipſum niſi ſm ꝙ eſt contrarium.Nutrimentũ autem digeſtum poteſt dici ſimile: non enim eſt pars nutribilis niſi ſm ꝙ eſt ſimile. Deinde dicit qm̃ autẽ vtraqꝫ iſtarum duarũ ſectarũ ꝛc.i.manifeſtũ eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ in ſermõe vtriuſqꝫ iſtarũ duarum ſectarum eſt aliqua pars vera:ꝛ aliqua falſa.

Nõ eſt neceſſe vt ab oĩ patiẽte patiatur agens eomõ ꝗ patiẽs patiť ab eo.idẽ 1.cc.42.

a Scđs modus.

Nutrimẽtũ dr̃ duob⁹ modis Idẽ.j.de gñã.37.

¶Quoniã autem nihil alitur non participans vita. Animatum vtiqꝫ eſt ꝛ corpus quod alitur inquãtũ aĩatum quare ꝛ alimentũ ad animatum eſt:ꝛ non ſm accidens. D

¶Et quia nihil nutritur niſi habeat partẽ in vita: ideo corpus animatum eſt nutribile ſm ꝙ animatum. nutrimentum enim attribuitur animato non accidentaliter.

¶Et qꝛ nihil videtur nutriri niſi cõmunicet in aliqua intentione:de quibus dicitur hoc nomen vita vt declaratum eſt:ideo corpus aĩatum eſt nutribile ſm ꝙ eſt corpus animatum. Nutrimentum enim non attribuitur animato niſi ſm ꝙ habet animam:non ſm ꝙ eſt corpus. Iſta igitur actio attribuitur anime eſſentialiter non accidentaliter: ꝛ pars ſubſtantia anime cui attribuitur iſta actio non eſt niſi virtus que innata eſt habere iſtã actionem. Cum igitur cognouerimus hanc actionem proprie tunc cognoſcemus ſubſtantiam iſtius virtutis proprie. 46

¶Eſt autẽ altera ratio alimẽto ꝛ augmẽtatiuo eſſe ſm eñ ꝙ nutrit: ꝛ augeť:ſm eñ ꝙ quantũ aliquod aĩatum eſt: augmẽtatiuũ ſm vero ꝙ hoc aliquid ꝛ ſubſtãtia nutrimentũ eſt. Saluat ei ſubſtantiã: ꝛ vſqꝫ ad hoc eſt quouſqꝫ alatur. Et generatiõis factiuũ eſt:non eius quod alitur.ſed vt id quod alitur. Iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat autem nihil ipſum ſeipſum ſed ſaluat. E

Nihil ſe ipſum generat ſed ſaluatur.

¶Et eſſe nutrimentū eſt aliud ab eſſe augmentū. Eſt autem nutrimentum ſm̄ hoc ſubſtantia: q꞉ cōſeruat ſubſtantiā nutribilis. Qm̄ ſemper nutritur. Et eſt agens generationem: non q꞉ ſe generat: ſed quia facit generationem nutribilis. Illud enim habet eſſe: et nihil generat ſe: ſed ſe conſeruat.

47 ¶Uult diſtinguere tres actiones nutrimēti.ſ.nutrire ⁊ augmētare ⁊ gn̄are. ¶Et.d.⁊ eſſe nutrimētū ⁊c.i.⁊ aliq̄d eſſe nutrimētū aut nutritiuū: aliud eſt ab eſſe augmētatiuū. Nutrimētū eñ dr̄ ſm̄ ꝙ cōſeruat ſbām rei nutribilis ne corrūpaꝛ. Dat eñ ei aliq̄d loco diſſoluti. Et ideo pmanet in eſſe cum nutriꝛ: cū ceſſat nutrimentū corrūpiꝛ: eſt vero augmētatiuū ſm̄ ꝙ perficit quātitatē naturalē eius q̄ᵈ diminuiꝛ in principio pp̄ neceſſitatē. ¶Sed tacuit hoc: q̄m dr̄ia inter augmentū ⁊ nutrimentū eſt manifeſta. ſi forte non eſſet diminutio ſcriptoris. ¶Et cū dimiſit duas actōes: incepit dicere tertiam actionē q̄ eſt gn̄are. et dixit. et eſt agēs gn̄ationē ⁊c.i.⁊ nutrimentū hʒ aliaʒ actionē a cōſeruatione et augmētatione.ſ.generare. ¶D. expoſuit generationem. et dicit nō generationē nutribilis. ſed generationē ſimilis nutribili.i.in ſpecie. ¶Deinde dicit illud eñ hʒ eſſe poteſt intelligi.i.illud eñ quoquo modo eſt ſuum eſſe: ⁊ cōſeruat generabile vt permaneat vnū in ſpecie: vt prediximus. ¶Deinde dicit et nihil generat ſe: ſed cōſeruat ſe ideſt ⁊ differentia inter has duas actiones eſt ꝙ nutrire eſt conſeruare ſe: ⁊ generare eſt generare alterū nō ſe. Impoſſibile eñ eſt vt aliquid generet ſe.

a Uirtutes corporum celeſtiū cōſeruantē ſʒ omnem diſpōneʒ: ⁊ oēs partes eiꝰ eodē modo. Idē .j.ce.

¶Quare huiuſmodi anime principium potens eſt ſaluare ſuſcipiens ipſam: ſm̄ ꝙ eſt. Huiuſmodi alimentum autem preparat operationem. Unde priuatum alimento non poteſt eſſe.

¶Hoc igitur principium eſt virtus anime que poteſt conſeruare illud quod eſt ei ſm̄ omnem diſpoſitionem. Et nutrimentū eſt illud per quod preparatur ad agere: ⁊ ideo cum nutrimētum deficit: impoſſibile eſt vt ſit.

48 ¶Et cū declaratū eſt ꝙ iſte actiones ſunt diuerſe ſm̄ diuerſitatē ſuorū finium: lʒ ſbm ſit idē: ſ. nutrimentū: et eſt neceſſe vt iſte actiones ſint attribute alicui virtuti aīe. Et cū ita ſit neceſſe eſt vt hoc principiū aīe.ſ.virtꝰ nutritiua ſit virtus q̄ pōt cōſeruare ens in ſua forma ſm̄ diſpoſitionē.i.ſcdm aliquā diſpōnem cōſeruatiōis. ¶Et.d.hoc: q꞉ ſunt alique virtutes a q̄ cōſeruāt eſſe ſm̄ oēm diſpōnē: ⁊ oēs partes eiꝰ eodē mō.ſ. ꝟtutes corpoꝝ celeſtiū. ¶D.d.⁊ nutrimētū eſt illḋ p qḋ ꝑparaꝛ ⁊c.i.⁊ nutrimētū eſt iſtrm̄ p qḋ facit hanc actionē: et ideo cū iſta virtꝰ caret nutrimēto: tūc nō hʒ hāc actionem: queadmodum carpentarius cum caret ferra: tunc non poteſt ſecare.

22.et.2.c. de ſbā orbis.ſʒ vid oppoſitū i vi.ca.de ſba orbis vbi vꝛ dicere pmanētiā celi nō eſſe a virtute.

¶Qm̄ autē ſunt tria. Quod alitur. Quo alitur. Et alens. Alēs quidem eſt prima anima. Quod vero alitur eſt habens hāc. Corpus vero quo alteri alimentum. Qm̄ autem a fine ꝟ appellari omnia iuſtum eſt. Finis autem eſt generaſſe quale ipſum. Erit vtiqꝫ prima anima generatiuum quale ipſum.

b Oīa a fine denominari iuſtū eſt.cō ſimile.5. phy.47. et pmo celi.116.

¶Sunt igitur tria: nutribile: et per quod hoc nutritur: et nutritiuum. Nutritiuum igitur eſt prima anima. Nutribile autem corpus. Illud vero per quod nutritur eſt nutrimentum. Et q꞉ oportet vt omnia ſint vocata ex ſuis finibus. Et finis eſt generare ſimile: ideo prima anima eſt generatis ſimile.

¶Cum deſcripſit hoc principiū aīe:et deſcripſit nutrimentū : reuerſus eſt 49
ad diſtinguendū intentiones iſtorū nominū que denominanť a nutrimen
to.¶Et.d.ſunt igitur tria ⁊c.i.et manifeſtū eſt per ſe tria eſſe diuerſa ſm di
uerſitatem rerum relatiuarū.Quorū vnum eſt nutribile. Et ſm illud ꝑ qđ
nutritur.Tertiū autē eſt nutriens.Et iam declaratum eſt ꝙ illud qđ nutrit
eſt aīa cui attribuiť hec actio:vnde manifeſtū eſt ꝙ nutriens eſt aīa prima
aīarū virtutū que attribuunť nutrimento . ¶Et intendit hic per primam
prioꝛē naturaliter:et ꝙ nutribile eſt corp⁹ : et illud per qđ nutriť eſt cibus. f
¶D.d.et q2 op3 vt oīa.i.q2 op3 vt oīa appellenť ex ſuis finibus : cum hec Cā finalꝭ
cauſa finalis ſit dignioꝛ eſſentie rei omnibus cauſis : neceſſe eſt vt aīa nu- ē dignioꝛ
tritiua deſcribatur per actionē que eſt ſuus finis: et eſt generare ſimile nō olb⁹ cāis
per actionē nutriendi:que eſt conſeruare:vt prediximus. Dicendū eſt igiť Idem .3.
qđ anima nutritiua eſt virtus que eſt innata generare a cibo ſibi ſimile in met .cō.3.
diuiduo in quo exiſtit in ſpecie : cum oēs ſue actiones non ſunt niſi ꝓpter
hanc virtutem.et hoc manifeſtum eſt in plantis et animalibus.

¶Eſt autem quo alit duplex : ſicut ⁊ quo gubernat ⁊ manus et
temo:hoc quidem mouens ⁊ motum:illud autem mouens ſolū.
Omne autem alimentum eſt neceſſarium decoqui. Operatur au Opaꝛ de
tem decoctionem calidum. Unde omne animatum habet caloꝛē. coctionē
Figuraliter quidem igitur alimentum quid ſit:dictum eſt:certifi- calidum.
candum autem de ipſo poſterius in propriis rationibus.

¶Et illud per quod nutritur eſt duplex . Quemadmodū illud
per quod gubernatur nauis:⁊ manus:⁊ remus: quoꝛum vnū eſt
motoꝛ ⁊ motum:⁊ aliud eſt mouens tātum. Et neceſſe eſt vt om
ne nutrimentum poſſit digeri. Et faciens digeſtionem eſt calidū.
Unde omne animatum habet caloꝛem . Jam igitur diximus ſm
deſcriptionē quid ſit cibus. Et poſt exponemus ſermonem in eo.

¶Cū demōſtrauit modos actionis aīe nutritiue et deſcripſit eā:et deſcri-
pſit nutrimentū : icepit declarare modo iſtrumētū ꝓmū ꝑ qđ iſta aīa agit i
cibū.Jā eñ fuit dictū vlr ꝙ diffinitio aīe eſt ꝑfectio corpis organici.¶Et
dicit illud ꝑ qđ nutriť.⁊c.i.⁊ illud ꝑ qđ cōpleť actio nutrimēti eſt duplex.ſ.
primū mouēs qđ nō moueť cū mouet:et primū mouēs qđ mouet et moueť
et eſt illud qđ eſt de ꝓmo motoꝛe.q.ſđm:⁊ prim⁹ motoꝛ de eo quaſi foꝛma.
¶Et de hoc quod dixit quedā declarauit hic:et q̄dam in ſermonib⁹ vlib⁹. Documē
Quod igitur declaratū eſt hic:eſt ꝙ aīa nutritiua eſt primū mouēs i cibo tum.
quod agit in cibo ꝑ caloꝛē per quē fit digeſtio.Utrū autē op3 vt moueat:⁊
nō moueať ſm ꝙ eſt primū mouens : et ꝙ caloꝛ moueat ita ꝙ moueatur a
primo motoꝛe:hoc declaratū eſt in ſermonibus vniuerſalibus.
¶Declaratū eſt eñ illic ꝙ oīs primus motoꝛ ſi fuerit corpoꝛalis cōponiť 2
ex motoꝛe nō moto:et ex motoꝛe moto:ſm ꝙ cōponunť res ex mā ⁊ foꝛma. In .8.ph.
¶Sed eſt dubitatio in hoc qđ.d.Motus eñ virtutis nutritiue eſt in caplo a.37.vſq;
alterationis:et illud qđ moueť ex ſe qđ cōponiť ex motoꝛe nō moto: ⁊ ex mo ad.44.⁊
toꝛe moto nō inueniť niſi in motu locali.Jn motu autē alterationis nō in maxie.in
uenitur motū ex ſe.Non eñ eſt neceſſe ꝙ primū alterās coꝛpoꝛeū altereť ⁊ 43.idē.j.
tunc alteret ſicut eſt neceſſe in primo motoꝛe coꝛpoꝛeo ſcil3 vt non moueat de aīa.26
in loco niſi moueať.Quomodo igiť dixit hic ꝙ alterū eoꝛū eſt mouens et ⁊ .8.phy.
motū:et alterū mouens tantū:et dedit exemplū de rebus mouentib⁹ in lo 20.et.60.
co.et ſi hic eſſet locutus de motu locali animaliū:tunc exemplū eſſet veru3. Prima ſo
¶Dicamus igitur qm̄ propinquū alterans cibum d3 eſſe corp⁹ manifeſtū lutio.

eſt. Qm̄ ħo corp⁹ alterās nō ſufficit i eſſendo pͥmū mouēs iſtō motū: decla-
3.i.2.41. tū eſt prius qm̄. d. ꝙ calor nō ſufficit in agēdo actionē alteratiuā termina-
tam: niſi ſit illic alia virt⁹ q̄ nō eſt corp⁹: ſed eſt in corpore. Corp⁹ igitur qđ
ē pͥmū alterās ꝯponit ex alterāte qđ nō alterat. ſ. aīa: ⁊ ex alterāte alterato
ſcȝ calore nāli. Declaratū eſt igit ꝙ illud ꝑ qđ fit nutrimētū eſt duplex ſcȝ
alterās nō alteratū. (omne. n. alteratū eſt corp⁹) ⁊ iſtud eſt aīa: ⁊ eſt alterās
Scđa ſolutio. alteratū. ſ. calor naturalis. Hoc igit nomē mot⁹ largeꝛ vlr accipit i hoc lo-
co: ⁊ ſm hāc expoſitionē nō indiget illo qđ declaratū eſt in illo ſermōe. ſ. ꝙ
prim⁹ motor in hoc loco componit ex motore nō moto. ⁊ ex motore moto.
8. phy. a 55. vſqȝ ad. 61. ¶ Et poſſum⁹ dicere ꝙ calor nālis nō alterat cibū niſi primo moueat i lo-
co. declaratū eſt. n. ꝙ mot⁹ localis antecedit ceteros mot⁹: ⁊ maxime iſtum
motū q̄ eſt terminat⁹. ſ. q̄ alterat rem in alia hora ⁊ alia nō: ⁊ etiā nō alte-
rat tantū: ſed attrahit et expellit cibū: ⁊ hoc eſt motus localis. ¶ Et ſcđm
hanc expoſitionē erit diſpoſitio manifeſta. Sed prima expoſitio videt ma-
gis conueniens: ⁊ etiā fuit exemplū largiter acceptum. Manus enim non
3 eſt primus motor nauis qui non mouetur: ſed ipſe gubernatur.
Exponit ſecūdā ꝑtem tex. ¶ Et cū declarauit ꝙ aīa nutritiua eſt forma in corꝑe cū ꝓpinquū alterās
corp⁹ qđ eſt cib⁹: neceſſario dȝ eſſe corp⁹: ⁊ ꝙ forma ſit alterās nō alterata:
cū ſit nō corp⁹: ⁊ ꝙ corp⁹ alterās eſt alteratū. incepit declarare q̄d eſt hoc
4. corp⁹. ¶ Et. d. ⁊ opȝ neceſſario vt oē nutrimētū ⁊c. i. et opȝ neceſſario vt oē
nutrimentū qđ iā eſt nutrimētū in actu digerat ꝑ corp⁹ alterās qđ eſt in-
ſtrumētū aīe nutritiue. ⁊ cū hoc corp⁹ dȝ eſſe alterās ⁊ digerēs: ⁊ tale eſt cor-
pus calidū. vñ antiq̄ dixerūt ꝙ ignis nutrit. opȝ neceſſario vt oē hñs aīam
4. meteororū. 14. nutritiuā habeat calorē: ſed nō abſolute: immo calorē nālem. declaratū eſt
em̄ in. 4. meteororꝝ. qđ illud qđ facit digeſtionē eſt calor cōueniēs illi enti
Epilog⁹. nō extrane⁹. D. d. iā igit diximus ſm deſcriptionē. i. vlr ⁊ largiter ⁊c. i. ⁊ com-
plementū ſermonis ivnaquaqȝ parte corꝝ: ex q̄bus cōſtituit nutrimentū ex-
ponendū eſt poſt in loco cōueniēti. ¶ Et. d. hoc: q: ſermo de nutrimēto ⁊ au-
Sermo đ nutrimento ⁊ augmēto non ꝑficit niſi in plibus libris ⁊c. gmento nō ꝑficit niſi in plurib⁹ libris. In lib. eī de gñatione ⁊ corruptione
determinatis eſt mot⁹ augmēti ⁊ diminutionis. In meteorijs aūt determi-
nati ſunt modi caloꝝ ⁊ modi actionū: vt decoqui ⁊ aſſari. et in hoc lib. et iā
declarat⁹ eſt prim⁹ motor in iſtis motib⁹. et in lib. etiā de aīalib⁹ determi-
natum eſt quot ſunt inſtrumenta iſtius virtutis in vnoquoqȝ aīali: et quo-
modo completur actio per ipſam in vnoquoqȝ eorū: et per quot membra:
⁊ quomodo ſeruiunt illi illa membra: ⁊ qualis eſt proportio eorum in iſta
actione adinuicē ⁊ huiuſmodi: ⁊ ideo dixit ꝙ illud qđ declaratū eſt hic de
nutrimento non eſt niſi primus motor: ⁊ primum inſtrumentum tantum.

¶ Capitulum quintum.

Determinatis autē his cōmuniter primū de omni ſenſu: deinde de vnoquoqȝ dicamus. Senſus autem in ipſo moueri ⁊ pati aliquid accidit: ſicut dictum eſt. Uidetur enim quedam alteratio eſſe. Aiunt autem quidam ⁊ ſimile a ſimili pati. Hoc autem quomodo poſſibile aut impoſſibile: dictū eſt in vniuerſalibus rationibus de agere et pati.

¶ Et cum iam determinauimus iſta: dicamus iam in omni ſenſu vniuerſaliter. Dicamus igitur ꝙ ſentire accidit ſecundum motum ⁊ paſſionem: ſicut diximus. Exiſtimatur enim ꝙ ſimile patitur a ſuo ſimili, ⁊ diſſimile a diſſimili. Et iam diximus in ſermoni

bus vniuerſalibus de agere ⁊ pati:quomodo pñt fieri aut nõ fieri. Et in hoc loco etiam locuti ſumus de eo.

¶ Fuit locutus de virtute nutritiua:incepit loqui de ſenſibili ⁊ primo de 51
illo qđ cõmune eſt oĩbus ſenſibus. ¶ D.d.dicamus igitur ꝙ ſentire ⁊c.i.dicamus igitur ꝙ ſentire fit per aliquã paſſionẽ ⁊ motũ in ſenſibus a ſenſibilibus nõ per actionẽ ſenſuũ in ſenſibilia.hoc eñ eſt primũ cõſideratũ de ſenſu.ſ.vtrũ ſit nnmeratus in virtutibus actiuis ⁊ paſſiuis. a ¶ Et cum poſuit ipſum in gñe virtutũ paſſiuarũ dedit cauſam iſtius exiſtimationis ⁊.d.⁊ exiſtimaꝛ.n.⁊c.i.⁊ diximus:ſenſus fit ſecundum paſſionez:qꝛ exiſtimatur ꝙ ſenſus alteranꝛ a ſenſibilibus aliquo modo alterationis. ¶ Et dicit aliquo:vt notet ꝓpꝛiũ:qꝛ poſt b declarabiꝛ ꝙ iſta trãſmutatio non dicitur alteratio niſi multipliciter. ¶ D.d.⁊ quidam dicunt ꝙ ſile ⁊c.i.⁊ cũ poſuerimus ꝙ genus ſenſus eſt paſſio:cõſiderandum eſt in quibus exiſtimatur paſſio. Quidã eñ dicunt ſimile pati a ſuo ſimili:⁊ qdã ecõtrario.ſ.qđ cõtrariũ patitur a ſuo cõtrario. ¶ Et intẽdebat hic p ſermones vľes librũ de gñatione ⁊ corruptione. c ⁊ nõ ſufficit ei qđ declaratũ fuit in illo libro:qꝛ ſermo hic vꝛ magis ꝓpꝛius. Sðm eñ de quo loquiꝛ hic magis propriũ eſt ſðo de quo loquebaꝛ illic.⁊ primo incepit dare dubitationẽ in hoc quod poſuit ꝙ ſenſus eſt de virtutibus paſſiuis non actiuis.

a Sẽſus ẽ de ꝟtutib⁹ paſſiuis Jð.l2.ſe.⁊ ſ.t.2.59.⁊ 60.Jð.3.ð aĩa.cõ.18. autoꝛitate Alex. Jð.7.ph. c.12.ſ3 við opp.c.37.⁊ hoc ſcðo vbi dicit aĩaꝫ eẽ cãꝫ effectiuaꝫ cuiuſlibet mot⁹tã veri q̃ exiſtimati.

¶ Habet aũt dubitationem ꝓpter quid ſenſuum ipſorũ non ſit ſenſus. Et quare ſine his que ſunt extra non faciũt ſenſum in exiſtente igne:⁊ terra:⁊ alijs elementis:quoꝛũ eſt ſenſus per ſe: aut ſðm accidentia his. ¶ Manifeſtum igitur ꝙ non actu ſed potentia tantum.vnde non ſentiunt:ſicut combuſtibile non cõburitur ipſum a ſeipſo ſine combuſtiuo. Combureret enim ſeipſum ⁊ nihil indigeret actu ignem eſſe.

¶ Sꝫ eſt irrõnabile:qꝛ ſenſus nõ ſentiunt ſe:⁊ qꝛ etiã nullus ſenſus agit abſq; extrinſeco:⁊ in eis ſunt ignis et terra ⁊ alia elemẽta:⁊ ſunt illa que compꝛehenduntur a ſenſu per ſe: ⁊ accidentia contingentia eis. Dicamus igitur ꝙ ſenſus non eſt in actu: ſed tantum in potentia.⁊ ideo ſentimus. Quemadmodum combuſtibile non comburitur a ſe abſq; comburente. Et ſi hoc non eſſet cõbureret ſe:⁊ non indigeret ꝙ ignis eſſet in actu.

b ſ.t.c.57. ⁊.3.huius t.cõ.28. c pꝛlo ð ge neratiõe.t c.46 .⁊.ſ.

¶ Cũ poſuit ſenſum eſſe de virtutibus paſſiuis:incepit dubitare dubitatio 52
nẽ cogẽtẽ vt ſit de paſſiuis nõ de actiuis.⁊ hoc ſi non intẽdit. per exiſtimatione certificatione:multotiẽs eñ vtiꝛ exiſtimatione pro certitudine. ¶ Et dixit:ſed eſt irrationabile quare ſenſus nõ ſentiũt ſe.i.vt mihi videꝛ:ſed eſt irrõnabile cũ poſuerimus ꝙ virtutes ſenſitiue ſunt actiue dicere:quare ſenſus nõ ſentiunt ex ſe abſq; extrinſeco. Neceſſe eñ eſt ſi virtutes ſenſus eſſent actiue vt ſentirent ex ſe:⁊ non vt indigerent in ſentire aliquo extrinſeco. Deinde dixit:⁊ ex eis eſt ignis ⁊ terra:⁊ alia elementa.i.⁊ ſenſuum quidam attribuitur in ſua cõpoſitione vnicuiq; elemento:⁊ iſta ſunt ſenſibilia. Opꝫ igitur vt ſentirent ſe:⁊ hoc intendebat cum dixit:⁊ accidentia contingentia eis.i.contingẽtia iſtis ſenſibus ex quibus componuntur inſtrumenta iſtorum ſenſuum. ¶ Et cũ narrauit ꝙ eſt irrationabile dicere quare ſenſus nõ ſentiunt abſq; extrinſecis ſi poſuerimus ſenſus eſſe ex virtutibus actiuis: incepit narrare modum ſecundum quem erit reſponſio huic queſtioni:et dixit:Dicamus igitur ꝙ ſenſus non eſt in actu:ſed in potentia ⁊c. ideſt di

Exiſtimatio q̃ñq; ſumitur p certitudine. Jð.j.hui⁹. c.19. b

camus igitur in reſpondendo ꝙ ſenſus nō eſt ex virtutibus actiuis q̄ agūt ex ſe abſq; eo ꝙ indigeant in actione que ꝓuenit ab eis motore extrinſeco ſed quia ſunt ex virtutibus paſſiuis que indigent motore extrinſeco: ⁊ ideo non ſentiunt ex ſe: quemadmodum cōbuſtibile nō cōburitur ex ſe abſq; motore extrinſeco ſcilicet igne: ⁊ quēadmodū cōbuſtibile ſi eſſet combuſtibile ex ſe: tunc poſſibile eſſet vt combureretur ſine igne extrinſeco exiſtēte in actu. Sic ſenſus ſi ſentirent ex ſe ſm ꝙ ſunt virtutes actiue: tunc poſſibile eſſet vt ſentirent abſq; extrinſeco. ¶ Et debes ſcire ꝙ eſt prima differentia a qua virtutes anime differunt abinuicem: ⁊ eſt principium conſiderationis de intellectu: ⁊ de alijs virtutibus: virtus autem nutritiua manifeſtum eſt ex predictis ꝙ eſt ex virtutibus actiuis.

a Prima dña qua virtutes aie dfnt abinuicē eſt penes actiuū et paſſiuum Idē. 3. de aīa. c. pº.

¶ Quoniam autem ſentire dicimus dupliciter. Potentia enim audiens ⁊ videns: audire ⁊ videre dicimus: ⁊ ſi forte dormiens: ⁊ quod iam operans. Dupliciter vtiq; dicitur ⁊ ſenſus: hic quidem ſicut potentia: ille autem ſicut actu. Similiter autem ⁊ ſentire quod ꝙ potentia ens: ⁊ quod actu.

¶ Et qꝛ dicere ꝙ aliquid ſentit eſt duobus modis. Quod enim in potentia audit ⁊ videt: dicimus ipſum audire ⁊ videre licet ſit dormiens: ⁊ illud quod peruenit ad actum dicimus in eo hoc. Unde ſenſus dicitur potentia ⁊ actu: ⁊ ſimiliter etiam ſentire eſt potentia: ⁊ eſt actu.

Senſus ē duob⁹ modis ī potē tia. ſ. et in actu. Idē. ſ. t. c. 138. 139. ⁊. 141 ⁊. 142. et 156.

52 ¶ Cum declarauit ꝙ ſenſus eſt ex virtutibus paſſiuis: nō actiuis: ⁊ iſta hēt duplex eſſe: ſcilicet eſſe in potentia anteꝙ̄ virtutes eius perficiantur a motore extrinſeco: ⁊ eſſe in actu quando fuerint perfecte: ⁊ inuente in actu a motore extrinſeco: incepit declarare ꝙ hec duo cōtingunt virtutibus anime. ¶ Et dixit: quia dicere ꝙ aliquid ſentit ⁊c. i. ⁊ qꝛ manifeſtum eſt per ſe ꝙ dicere ꝙ aliquid ſentit eſt duobus motis. Quorum vnus eſt cum dixerimus in aliquo audienti ⁊ videnti in potentia quod audit ⁊ videt: vt dicimus de dormiente: ⁊ hoc intendebat cum dixit: qđ enim audit ⁊ videt ⁊c. i. quod enim eſt in potentia propinqua audiens ⁊ videns dicitur ſm conſuetudinem audiens ⁊ videns: licet ſit dormiens qui eſt magis remotus alijs modis potētie: Quod enī eſt b in obſcuro eſt vidēs in potentia: ſed iſta potentia eſt ꝓpinquior actui ꝙ̄ potentia que eſt in viſu dormientis. D. d. ⁊ quod peruenit ad agere dicimus in eo hoc. i. ⁊ illud quod peruenit de reb⁹ ſenſibilibus vt videat ⁊ audiat ⁊ vlr ſentiat: dicitur ꝙ audit ⁊ videt ⁊ vliter ſentit. ¶ Et cum declarauit ꝙ hoc nomen ſenſus dicitur de vtraq; intentione: dixit: ⁊ opꝫ vt ſentire etiā dicatur duobus modis: de potentia ⁊ actu ⁊c. i. ⁊ ſilr oportet vt ſentire qđ eſt actio ſenſus: dicatur etiā duobus modis: ſicut de habitu ⁊ forma: ex quibus peruenit ſentire.

b Potentia viſus exiſtētis ī obſcuro ē ꝓpinqꝛ actui ꝙ̄ potētia q̄ eſt in viſu dormientis.

¶ Primum igitur quidem tanꝙ̄ idem ſit pati ⁊ moueri: ⁊ agere ⁊ mouere dicimus. Et nāq; motus eſt actus quidam: imperfectus
3 tñ: ſicut in alijs dictum eſt. Oia aūt patiuntur ⁊ mouētur ab actiuo ⁊ actu ente. Unde eſt quidem tanꝙ̄ a ſimili pati. eſt autem vt a diſſimili ſicut diximus. Patitur quidem enim quod diſſimile: paſſum autem diſſimile eſt.

¶ Sermo igitur noſter primo nō eſt ſm ꝙ pati ⁊ moueri eſt idem cum agere ⁊ mouere. Motus. n. eſt alia actio: ſed nō pfecta: vt dictum eſt in alijs locis. Et omne quod patitur ⁊ mouetur non pa-

titur ⁊ mouetur niſi ab aliquo agente in actu. Et ideo pati quan- Eſt āt tāꝫ
doqꝫ eſt a ſimili: quādoqꝫ a diſſimili. Et ſecundum ꝙ diximus diſ- a ſili pati.
ſimile eſt illud quod patitur: ⁊ poſtq̄ patitur fit ſimile. ē aūt tāꝫ a
¶ Cum declarauit ſenſum eſſe ex virtutibus paſſiuis: ⁊ ꝙ eſt duobus modis diſſimili.
dixit: ſermo igitur noſter ⁊c. i. ⁊ magna differentia eſt inter ſermonem de ſen- 54
ſu opinando in eo ꝙ eſt virtutis paſſiue. ⁊ ſermonē de opinando ꝙ eſt vir-
tus actiua: ſermo eñ de aliquo ſm ꝙ opinamur eo ꝙ ſuuꝫ eſſe eſt pati ⁊ mo-
ueri: alius eſt a ſermone in eo ſm ꝙ opinamur ꝙ ſuum eſſe eſt agere et mo-
uere. Et cū narrauit hoc dedit differentiā inter vtrūqꝫ: ⁊. d. motus enim eſt
aliqua actio: ſed non perfecta. i. ⁊ hec duo genera eſſendi ſunt diuerſa. Eſſe
enim vnius gn̄is eſt de genere eſſe motus: ⁊ iam declaratuꝫ eſt ꝙ motus eſt
actio non perfecta. eſt eñ perfectio alicuius exiſtentis in potentia ſm ꝙ ē
in potentia: eſſe aūt alterius generis eſt actio ꝑfecta. ¶ Deinde dedit aliā
differentiā inter vtrūqꝫ eſſe. ⁊. d. ⁊ oē quod patitur ⁊ mouetur ⁊c. i. ⁊ differūt
etiā. qm̄ oē numeratū in genere paſſionis non hꝫ eſſe niſi ab aliquo. ſ. agen-
te: ⁊ ideo ſi agēs non fuerit hoc non erit. Omne enim numeratū in genere
actionis hꝫ eſſe ex ſe: non ex alio. ¶ D. d. ⁊ ideo pati qn̄qꝫ eſt a ſimili ⁊c. i. et Paſſiuum
q2 eſſe virtutū paſſiuarū eſt admixtū ex potentia ⁊ actu. Paſſiuū enim an- anteqꝫ pa-
teqꝫ patiaꝶ eſt contrariū agenti: ⁊ cum paſſio cōpletur eſt ſimile agenti: ⁊ dū tiaꝶ eſt cō-
patitur eſt admixtū ſimili: ⁊ econtrario: non eñ ceſſat dum moueꝶ corrum- trariū agē-
pi in eo pars contrarij: ⁊ fieri pars ſimilis. ¶ Et manifeſtū eſt ꝙ qui non in- ti: ⁊ cū paſ-
tellexerit virtutes paſſiuas in tali eſſe non poterit diſſoluere ꝑdictā q̄ōnem ſio cōpleꝶ
neqꝫ etiā qui non conceſſerit ꝙ virtutes ſenſus ſunt de virtutibus paſſiuis. eſt ſīle agē-
Poteſt etiā dicere vtrum ſenſibile ſit ſimile aut contrariū. ⁊ hoc eſt funda- ti: ⁊ dū pa-
mentū: ⁊ opꝫ vt conſeruetur ſicut diximus in alijs virtutibus anime: ⁊ ma- tiꝶ ē admi
xime in virtute rōnabili: ſicut appacebit poſt. xtū ſili ⁊ cō-

¶ Diuidēdum aūt ⁊ de potētia ⁊ de actu. Nunc enim ſimpliciter trario. cō-
dicimus de ipſis. Eſt quidem enim ſic ſciens: aliquod ſicut ſi di- ſile. 3. t. cō.
camus hominem: qm̄ homo eſt ſcientium ⁊ habentium ſcientiaꝫ. 45. ⁊ .j. d ge
Eſt autem ſicut iam dicimus, ſcientem habentem grammaticaꝫ. nera. t. c.
Vterqꝫ aūt horum nō eodem modo poſſibilis eſt: ſed hic quidem: 48. ⁊ 49.
quoniam genus huius ⁊ materia eſt. Illa autem quia volēs poſ- illa
ſibilis eſt conſiderare niſi aliquid prohibeat exterius.

¶ Et opꝫ nos determinare etiā potentiam ⁊ perfectionem: quo-
niam in hoc loco locuti ſumus de eis ſimpliciter. Dicamus ꝙ in-
tendimus cum dicimus ꝙ aliquid. Verbi gratia homo ꝙ eſt ſciēs
ꝙ homo eſt de habentibus ſcientiam. Et quandoqꝫ dicimus hoc
ſicut dicimus de eo qui iam acquiſiuit ſcientiam grammatice qd
eſt ſciens. Sed potentia in vtroqꝫ iſtorum non eſt eodem modo.
Sed potentia primi eſt: quia ſuum genus eſt tale. Secundi auteꝫ
eſt: quia cum voluerit poteſt inſpicere: dum aliud extrinſecum
non impediat ſolum.

¶ Cum declarauit ꝙ ſenſus dicitur duobus modis: potentia. ſ. ⁊ actu: ⁊ ꝙ 55
vtrūqꝫ iſtorum dicitur duobus modis: incepit determinare hoc. ¶ Et dicit.
Et oportet determinare etiam ⁊c. i. ⁊ oportet nos cū ſciuerimus ꝙ ſenſus
inuenitur duobus modis: potentia ſcilꝫ ⁊ actu: determinare intentiones de
quibus dicitur potentia ⁊ perfectio ⁊ actus ſimpliciter: cum in hoc loco nō
ſumus locuti de eis niſi ſimpliciter. ¶ Et cum dedit cauſam propter quam

quemadmodum in ſapoꝛibꝰ eſt dulce ⁊ amaꝝ. i. quēadmodū in ſapoꝛibꝰ ē
pꝛima contrarietas. ſ. amaritudo ⁊ dulcedo: b ex quibus alij cõponunt̄:
eſt opinandum ꝙ in odoꝛibꝰ eſt pꝛima contrarietas ex q̄ ꝯponūt medij. et
cum narrauit ꝙ iſte drīe debent eſſe ſm numerū illarū: ⁊ quēadmodum eſt
in illis pꝛima ꝯtrarietas: ſic eſt in iſtis: incepit narrare ꝙ non ſemꝑ ꝯſeq̄t
vnaqueqꝫ illarum in altero duoꝝ generū ſuū ſilr̄e in altero genere: ⁊. d. ſed
in q̄buſdā odoꝛ ⁊ ſapoꝛ ⁊c. i. ſꝫ in q̄buſdā ſilr̄e cõſequit̄ ſilr̄e. ⁊ in q̄buſdā nō.
lꝫ ꝙ odoꝛ ⁊ ſapoꝛ nō erūt eiuſdē ſpeciei. U. g. ꝙ ſapoꝛ erit dulcis et odoꝛ
acutus. D.d. et ideo inuenitur odoꝛ acutus id eſt qꝛ drīe odorum ſunt cõ
uenientes differentijs ſapoꝝ inuenit̄ odoꝛ acutus. i. cuius pꝛopoꝛtio ad
odoꝛes eſt ſicut pꝛopoꝛtio acuti ad ſapoꝛes: et ſic de alijs. ¶ Et cum de

a Bõitas diſcretionis nō vr̄ ſed bõitatē alioꝝ ſēſuū. bõi ei viſꝰ pt eē idiſcretus: ⁊ ſilr̄ bõi auditꝰ: ſꝫ boni tactꝰ ſꝑ ē diſcretus oppoſitū i ꝓhemio me. d viſu ⁊ l. 2. d ge. cõ. 7. vbi hꝫ ꝙ poꝛtas viſus ad tactū ē poꝛitas ſꝫ finē ⁊ foꝛmā. tactꝰ ꝟo poꝛitas ē ſm mām ⁊ ſꝫ ſbꝫ q̄ ē poritas ſm nāꝫ. oppoſitū ēt hꝫ ipe. 3. cõ. 77. vbi dixit ari. oꝛ diare tracta. d ꝯtutibꝰ ſenſꝰ ſꝫ nobilitatē ⁊ nō ſm nām.

b Sicut ex ſapibꝰ extremis cõponūt̄ medij ſic ex

odoribus extrēis ēt medīj reſultāt. Jō J.cō.105.

claravit ꝙ nos non cōprehendimus dr̄ias odoꝝ niſi ꝑpter ꝯſilitudinē co
rū cū drījs saporū:vult narrare ꝙ iſta eſt cā ꝑpter quā trāſumpta ſunt ad
eas noia ſapoꝝ.⁊.d.ſed ſicut d.ximus ꝙ odores ⁊c.i.ſ ſicut diximꝰ:qꝛ dif
ferētie odoꝝ nō ſunt apud nos manifeſte:ſicut saporū:ita ꝙ poſſumꝰ cō
prehendere eas abſqꝫ ꝯparatiōe ⁊ aſſimilatione ad alias:hoc fuit cā pro
pter quā trāſumimus ad eas ſm ſimilitudinē noia saporū:⁊ nō īpoſuimꝰ
eis noia ꝓpria qꝛ nō intelleximus in eis intentiones ꝓprias niſi per ſili
tudinē.D.d.odor em̄ dulcis ⁊c.i.manifeſtū ē em̄ apud nos ꝙ odor dulcꝭ ē
ſīc odor croci:aut mellis.i.ꝙ ꝓportio odorꝭ croci ⁊ odorꝭ mellis ad alios
odores.⁊ ſīc ꝓportio dulcis ad alios sapores.et ſic ē de alijs odoribus.

Adhuc autem ſicut auditus ⁊ vnuſquiſqꝫ ſenſuum:Hic qui
1) dem audibilis:et non audibilis:ille vero viſibilis et non viſibi
lis. Et olfatus odorabilis et non odorabilis. Non odorabile au
tem alıud quidem ſecundum id quod omnino impoſſibile eſt ha
bere odorem. Aliud vero paruum habens et prauum. Similiter
autem guſtabile et non guſtabile dicitur.

Non odorabile aliō nullū hñſ odorē aliud prave odorans. aliō parū odorans. ꝯſi. diſtinctionē req re.J.t.cō. 12.⁊.13.

Et quemadmodum auditus:et vnuſquiſqꝫ ſenſuum. Hic qui
dem eſt audibilis et non audibilis. Hic vero viſibilis et non viſi
bilis:ſic etiam odoratus eſt odorabilis et non odorabilis. Et nō
odorabile dicitur vt odorabile. Aut quia eſt impoſſibile vt ha
beat odorem:aut quia habet odorem debilem:aut quia hꝫ malū
et ſic dicitur non guſtabile.

96 Vult narrare hic aliquid cōe iſti ſenſui et alijs ſenſibꝰ.⁊ ꝙ oīs ſenſus
comprehendit ſuum ſenſibile proprium et eius priuationē. Et.d.et quē
admodum auditus ⁊c.i.et quemadmodum auditus et vnuſquiſqꝫ ſenſuū
comprehendit ſuum ſenſibile proprium ⁊ eius priuationem. V.g.qꝛ audi
tus comprehendit audibile ⁊ nō audibile:et viſus viſibile ⁊ nō viſibile.ſic
etiam ſenſus odoratus comprehendit odorabile:⁊ non odorabile. D.in
cepit narrare ſm quot modos dicūtur hec nomia ꝑuatiua:⁊.d.et nō odo
rabile dicitur ⁊c.i.et non odorabile:⁊ nō viſibile:et non guſtabile dicunt
tribus modis:aut de eo quod omnino caret illo ſenſibili aut de eo in quo
inuenitur debile:aut in quo inuenitur male.v.g.non odorabile:dicit em̄
de carente odore omnino:⁊ de habenti debile ⁊ male:⁊ ſic deguſtabile.

Eſt autem olfatus per medium:vt aerem aut aquaꝫ. Et nāqꝫ
et aquatica videntur odorē ſentire. ſilr aūt et q̄cunqꝫ cuꝫ ſangui
ne et ſine ſanguine ſunt:ſicut ⁊ que in aere. Et enim horum que
dam a longe occurrunt ad alimentum que odorem remouent.

Et odorare etiam fit per medium. verbi.g.aerem et aquam.
Animalia enim habitantia in aqua exiſtimantur ſentire odoreꝫ
et ſimiliter habentia ſanguinem ⁊ carentia ſanguine: ſicut ſen
tiunt animalia que ſunt in aere. Quedam enim mouētur ad ſuū
cibum in remoto.

Cum declarauit hic de odore illud quod potuit declarare in hoc loco
97 ꝙ iſte ſenſus ita etiam indiget medio ſicut duo ſenſus predicti. Et ſer
Expō tex. mo eius manifeſtus eſt . ſed debet ita legi : et odorare fit per medium.⁊
hoc mediuꝫ eſt aer: aut aqua.animalia em̄ habitantia in aqua vident ſen
tire odorem ſicut animalia habitantia in aere:⁊ ſecundum hūc modum

videtur ꝙ aīalia viſa in aere ⁊ nō viſa ſentiunt odorē: ⁊ ſignum eius eſt ꝙ iſtoꝝ multa mouenē ad ſuū cibū a remoto lꝫ nō videāt. Apes enim mouētur ad ſuū nutrimētū a loco remotiſſimo ⁊ ſunt ex aīalibus carētibus ſanguine: ⁊ ſimiliter in piſcibus ⁊ in multis animalibus aque. ¶ Et rōcinatio ſuper hoc quod dixit de medio eſt ratiocinatio predicta. ſ. ꝙ cū odorabile fuerit poſitū ſuper ſenſum odoratus nō ſentiē. ⁊ qḋ dixit de viſione ꝙ natura media q̄ ſeruit viſui non eſt aer ſm ꝙ eſt aer: aut aqua ſm ꝙ eſt aqua: ſed natura cōis. ita eſt intelligēdū hic in natura que eſt media. ſ. q² eſt natura cōis. ita eſt intelligendum hic in natura que eſt media. ſ. q² eſt natura cōis aque ⁊ aeris: ⁊ ꝙ odores ſunt extranei in iſta natura. Et ꝙ iſta natura caret odoribus ſicut diaphanū coloribus: ⁊ ſicut color a habet duplex eſſe. ſ. eſſe in corpore colorato: ⁊ hoc eſt eſſe corporale: ⁊ eſſe in diaphano: ⁊ hoc eſt eſſe ſpirituale: ita odor habet duplex eſſe. ſ. eſſe in corpore ordinabili: ⁊ eſſe in medio: ⁊ hoc eſt eſſe corporale ⁊ illud ſpirituale: ⁊ illud naturale: ⁊ hoc extraneum. b ¶ Et cū hoc ignorauerſit quidā ⁊ exiſtimauerſit ꝙ odor nō ſeparaē a corpore odorabili ⁊ ꝙ nō hꝫ niſi vnū eſſe tm̄: dixerūt ꝙ a corpore odorabili diſſoluiē corpus odoriferū habēs corp⁹ ſubtile: ⁊ odorem ſubtilem: ⁊ ꝙ mouetur in aere donec perueniat ad ſenſum odoratus. ¶ Et hoc deſtruiē multis modis. ¶ Uidemus enim ꝙ multa aīalia mouētur ad nutrimētum per ſpaciū multarū dietarū c ſicut apparet in vulturibus: ⁊ ſicut apparet de tigribus que venerūt ad locū pr̄liū qḋ accidit in terra grecoꝝ a remotis regionibus. ¶ Et qm̄ iā poſuimus ꝙ omne ſenſibile qḋ cōprehēditur per mediū equaliter debet ſentiri ex oībus partib⁹ niſi aliquid impediat. vn̄ neceſſe eſt vt iſtud corpus vaporoſum ſit ſemper vnū ⁊ ꝙ ſuus ſemidiameter ſit ſm longitudinē linearū vnde veniūt iſta aīalia ad ſuū cibū vt diciē ꝙ vultures mouenē a quingentis miliaribus: ſed impoſſibile eſt vt corpus paruū extēdatur donec recipiat tales dimenſiones: cū impoſſibile eſt vt materia recipiat extenſionē ad tale vltimuꝫ. Maxima enim remotio quā materia recipit eſt dimenſio ignis: deinde aeris. Si igitur corpus odorabile alteretur totū in ignē aut aerē impoſſibile eſt ipſuꝫ recipere dimenſionem mille miliariorū. Minima enim dimēſionū d quā materia recipit eſt dimēſio terre: ⁊ maxima eſt dimēſio ignis. ⁊ inter has duas dimēſiones nō ſentitur ex diuerſitate hec quātitas. ſ. vt magnitudo vnius palme terre ſit a mille milliaria. hoc em̄ impoſſibile eſt. ¶ Et etiā ſi ita eſſet: tūc illud corpus ſphericū nō odorabile neceſſe eſſet vt penetraret aerem ſm totū: aut ꝙ aer recederet a loco ſuo. ¶ Et cū hoc impoſſibile eſt: etiā impoſſibile eſt vt odor ſit in aere ſicut in corpore cōpoſito. Simplicia enim non recipiunt odores. Remanet igitur vt ſit in eo ſicut color in diaphano. ¶ Sed tamen apparet ꝙ eſſe e coloris magis eſt ſpirituale q̄ eſſe odoris. Uenti enim videntur adducere odores: ⁊ hoc eſt ex quo fuit exiſtimatū odorē eſſe corpus. ¶ Sed ita eſt de odore in hac intentione ſicut de ſono. Son⁹ em̄ fit a paſſione in aere: ſꝫ etiā impediē a vētis: ſed tn̄ nō cōſequiē ex hoc vt ſit corp⁹. q. igiē neceſſe eſt in illis duab⁹ paſſionib⁹. ſ. ſoni ⁊ odoris: cū fuerit ī aere: vt nō ſint mot⁹ illi in aere ad aliā partē ſine alia.

¶ Unde ⁊ dubium videtur ſi oīa quidem ſimiliter odorēt hō aūt odorat reſpirans: non reſpirans autē: ſed expirans: aut retinens ſpiritum non odorat: neqꝫ a longe: neqꝫ a prope: neqꝫ ſi in naſum intus ponatur. et hoc quidem in ipſo poſitū ſenſitiuo inſenſibile eſſe omnibus cōmune eſt. Sed ſine reſpiratione non ſentire proprium eſt homini. Manifeſtum eſt autem tentantibus.

Documētum.

a Colore odor habēt duplex eſſe. Jd. 8. 60. 67. 76. commē. Uid. 76. ⁊. 101. cō.

b Opi. Aui. i ſexto naturalium. Pria rō.

c Aliter multaruꝫ terraruꝫ. Alr multorū dierum.

d Minima dimēſionum quā materia recipit eſt dimēſio terre ⁊ maxima eſt dimēſio ignis oppoſitū vide. 4. ph. c. 72. vbi hꝫ ꝙ ſubtilitas eſt diuiſibilis in īfinitū

e Eſſe coloris eſt magis ſpirituale q̄ eſſe odoris. Jdeꝫ 101.

¶ Et ideo apparet ꝙ iſte eſt locus dubitationis ſm ꝙ oia aialia olfaciũt eodẽ modo. Et ꝙ hõ nõ olfacit niſi qñ anhelat inſpirãs: quãdo aũt inſpirat aut retinet non olfacit: neqꝫ a remoto: neqꝫ a propinquo: neqꝫ etiã ſi odoroſum poneretur in naſo.

3 ¶ Hoc autẽ ꝙ ſenſibile ſit ſuper ipſum ſentiẽs nõ ſentietur/cõe eſt omnibꝰ: hoc vero ꝙ ſentire nõ ſit ſine inſpiratione/eſt propriũ hominibus: ⁊ hoc manifeſtabitur experimentatoribus.

98 ¶ Id eſt ⁊ cũ diximus ꝙ animalia habitãtia in aqua: ⁊ animalia nõ ſanguinea olfaciunt: accidit queſtio quãdo conceſſerimus has duas propoſitiones.ſ.ꝙ oia animalia debent olfacere eodẽ modo: et poſuerimus ꝙ homo olfacit quãdo inſpirat: ⁊ non quando expirat aut retinet anhelitũ. Cõſequitur enim ex hoc ꝙ ſi illud animal fuerit non anhelans vt nõ ſit olfaciens. ¶ D.d. hoc autẽ ꝙ ſenſibile fuerit poſitũ ⁊c.i. ⁊ hoc autem qḋ eſt neceſſariũ in omnibus animalibus vt ſit mediũ: ⁊ ꝙ ſentire non fiet quando ſenſibile fuerit poſitũ ſup ipſum ſentiens cõe eſt omnibus. hoc em̃ opinat Ariſt. de tactu ⁊ guſtu vt poſt apparebit. D.d. hoc ṽo ꝙ ſentire nõ ſit abſqꝫ inſpiratiõe ⁊c.i. hoc vero ꝙ hõ ⁊ alia aialia anhelãtia impoſſibile eſt vt olfaciãt abſqꝫ inſpiratiõe: manifeſtũ eſt ꝑ ſe volẽtibꝰ ꝯſiderare ⁊ experimẽtari.

Oppoſitũ vide in cõ. ſup. 5. de ſenſu ⁊ ſenſato. vbi hꝫ ꝙ ꝓpriũ eſt guſtui et tactui qḋ non indigent medio. oppoſitum de guſtu ſolo. vid. 5. commẽ. 101.

¶ Quare ſanguinẽ non habẽtia: quoniã nõ reſpirant: alterum vtiqꝫ quendã ſenſum habent preter eos qui dicti ſunt. Sed impoſſibile eſt ſiquidem odorẽ ſentiunt: odorabilis enim ſenſus et boni odoramenti ⁊ mali olfatus eſt. ¶ Amplius autem ⁊ corrũpi videntur a fortibus odoribus ex quibus homo corrumpitur: vt bitumine: ſulfure: ⁊ huiuſmodi. Odorare quidẽ igitur neceſſarium eſt: ſed non reſpirantia.

¶ Oportet igitur ex hoc vt animalia carẽtia ſanguine cum non anhelant habeant/alium ſenſum: ſed hoc eſt impoſſibile cum ſentiant odorem. Sentire enim bonũ odorem/⁊ malum eſt olfacere. Et etiam videmus ꝙ fortes odores qui corrũpunt homines nocent: vt putrefactionis: et ſulphuris: ⁊ ſimilium. Unde neceſſe eſt vt olfaciant: ſed non inſpirando.

99 ¶ Dixit. ⁊ cum poſuerimus ꝙ oia aialia eodem modo olfaciunt: ⁊ eſt manifeſtum ꝙ homo non olfacit ſine inſpiratione neceſſe eſt vt animalia carentia ſanguine cum non anhelant: ⁊ videtur venire ad ſuũ nutrimentum a remoto: vt habeant alium ſenſum a ſenſu olfatus.

2 ¶ Deinde.d. ſed hoc impoſſibile ⁊c.i. ſed ponere ea habere aliũ ſenſum a ſenſu olfatus impoſſibile eſt cum poſuerimus ꝙ nihil cõprehendit odorem niſi per iſtum ſenſum. Comprehendere enim bonũ odorẽ ⁊ malũ eſt olfacere. ⁊ olfacere eſt actio iſtius ſenſus non alterius.

3 ¶ Deinde.d. odores em̃ fortes qui nocẽt homini nocẽt eis. ⁊ iſta eſt ſecũda rõcinatio. ⁊ eſt ꝙ iſta aialia infirmant ⁊ dolẽt a malis odoribus: ⁊ fugiunt eos ſicut hoies: et qr hoies fugiũt eos ꝓpter ſenſum olfatus: opꝫ vt ſic ſit de aliis animalibus. Deinde.d. vnde neceſſe eſt vt olfaciãt: ſed nõ inſpirãdo.i. neceſſe eſt igitur ex hoc qḋ diximus.ſ.ꝙ iſta aialia olfaciunt cũ videtur moueri ad odores: ⁊ fugere eos: ⁊ qr impoſſibile eſt vt iſta actio ſit per alium ſenſum a ſenſu olfatus: iſta animalia neceſſario olfaciunt: ⁊ nõ eſt neceſſe vt omnia animalia anhelent eodem modo.

¶ Videt ur autē in hominibus differre hoc ſenſitiuū ad ea que
aliorū animaliū: ſicut oculi ad ea que durorum oculorū ſunt. Hec
quidem enim habent phragma: ⁊ ſicut velamen palpebras quas
aliquis non mouens/neqꝫ retrahens non videt. Fortia autē ocu
lis nihil huiuſmodi habent: ſed mox vident que fiunt in lucido.
Sic igitur ⁊ odoratiuum ſenſitiuum aliis quidē ſine operculo eſt
ſicut oculus durus. Aliis vero aerē recipientibus habent coope
rimentum: quod reſpirantibus diſcooperitur ampliatis venis: ⁊
poris. Et propter hoc reſpirantia non odorant in aqua. Neceſſa-
rium enim eſt odorare reſpirantia: hoc autem facere in humido
impoſſibile. ¶ Eſt autem odor ſicci: ſicut ſapor humidi. Odora-
tiuum autem ſenſitiuum potentia huiuſmodi eſt. Quid odor ⁊ olfatus.
¶ Videtur igitur ꝙ iſte ſenſus in hominibus differt a ſe in aliis
animalibus: ſicut oculi differunt ab oculis animalis duri oculi.
Iſti enim habent coopertoria. ſ. palpebras que cum non aperiū-
tur non videt homo. Animalia autem duri oculi non habent ali
quod tale: ſed vident ſubito illud quod fit in diaphano: et ſic vi-
detur ꝙ eſt ſenſus olfatus etiā. ſ. ꝙ in quibuſdam animalibus eſt
non coopertus: vt oculus. In animalibus vero recipientibus ae
rem habet coopertoriū. Et cum iſta animalia inſpirant amplian
tur vene ⁊ vie et aufert illud. Et ideo ea que anhelant non olfa-
ciunt in humido. Inſpiratio enim neceſſaria eſt in olfatu: vnde L
impoſſibile eſt hoc facere in humido. Et odor eſt ſicci ſicut ſapor
humidi. Et ſentiens: ⁊ olfaciens eſt illud quod eſt in potētia iſti⁹
diſpoſitionis.

¶ Cū declaratū eſt ꝙ aialiū quedā ſentiūt odorē ſine inſpiratione: ⁊ que-
dā cū inſpiratiōe: viſum eſt ꝙ cā in hoc eſt ꝙ iſte ſenſus in hoibus ⁊ in aia- 100
libus anhelātibus differt in creatione: ⁊ in forma a ſe in aliis aialibus nō
anhelātibus. Quēadmodū enim oculi in hoie ⁊ in aliis differūt in creatio-
ne ab oculis aialiū duri oculi. ſ. carētiū palpebris. ¶ Et cū narrauit conſi-
militudinē inter ea in hac intētione dedit modum cōſimilitudinis. ⁊. d. iſti
enī hñt coopertoria ⁊c. i. ⁊ ſicut oculi in hoie ⁊ in aliis hñt palpebras qui-
bus cooperiunt: ⁊ eſt impoſſibile vt hō videat quouſqꝫ aperiat palpebras:
⁊ aialia duri oculi nō hñt palpebras ſed vidēt ſubito colores factos in dia
phano ſine aliquo coopertorio. Ita videtur ꝙ diſpoſitio ſenſus olfatus in
aialib⁹ anhelantibus differt a ſe in non anhelantibus. In anhelantib⁹ enī
hꝫ coopertoriū: in nō anhelātibus aūt nō hꝫ coopertoriū: ⁊ ſic aialia anhe
lātia indigēt apud olfatū anhelitu: ad aperiendū vias clauſas olfatus: per
quas impoſſibile eſt vt olfaciāt anteqꝫ aperiant. Quēadmodū impoſſibi-
le eſt vt aialia boni viſus videāt quouſqꝫ palpebre aperiant: ſed aialia nō
anhelātia nō indigēt hoc: ⁊ iſta erit cā propter quā aialia anhelātia nō ol
faciūt in aqua. ¶ Sed eſt qſtio in hoc qd. d. Aialia enī duri oculi ſunt debi Dubiū.
lioris viſus aliis aialibus: ſed aialia multa nō anhelātia vident fortioris
odoratus homine: et oporteret ſi palpebre in oculis eſſent: ſicut naſus in
animalibus anhelantibus: vt animalia anhelātia eſſent verioris olfatus
qꝫ non anhelantia. ¶ Et ideo perſcrutandū eſt vtrū naſus in animalibus
olfacientibus per naſum ſit propter melius: ſicut palpebre ſunt in aialib⁹

Oppoſi-tū. 2. ph. 82. 88. a caſu eēt. Solutio.

habentibus palpebras: aut propter neceſſitatē. Si igitur eſt propter neceſſitatem: non oportet vt anhelantia ſint verioris olfatus ꝙ̄ non anhelantia. Si autē propter melius: erit econuerſo. ¶ Sed per hoc quod. d. ampliātur vene ⁊ vie. demonſtrat ꝙ hoc eſt propter neceſſitatē: non propter meliꝰ et ꝙ animalia duri oculi non aſſimilantur olfacientibus ſine inſpiratione niſi ſm̄ diuerſitatē creationis tantū: non ꝙ iuuamentū palpebrarū eſt de modo iuuamenti inſpirationis. ¶ Deinde. d. ⁊ odor eſt ſicci ſicut ſapor humidi. i. ⁊ odor attribuitur abundantie partis ſicce in odorabili: ſicut ſapor attribuitur abundantie partis humide in guſtabili. Et hoc declarabit in libro de ſenſu et ſenſato. Deinde. d. ⁊ olfaciens eſt illud quod iſtius diſpoſitionis. i. ⁊ cum declaratum eſt quid ſit odor et quomodo comprehenditur per ſenſum: tūc ſenſus olfatus eſt illud quod innatum eſt recipere odores.

Capitulum. x.

GUſtabile autem eſt quoddam tangibile: ⁊ hec cauſa quare non ſit ſenſibile per mediū extraneum exiſtēs corpus. Neq; enim tactus et corpus in quo eſt humor quod eſt quid guſtabile: eſt in humido ſicut in materia. Hoc autem eſt quiddam tangibile. Unde ⁊ ſi in aqua eſſemus ſentiremus vtiq; appoſitum dulce. Non autē eſſet nobis tunc ſenſus per medium. Sed in eo qđ miſcetur humido ſicut in potu. Color autem non ſic videtur in eo quod miſcetur: neq; de fluxionibus.

Si in aq̄ eſſemꝰ ſentiremus vtiq; appoſitum dulce. nō aūt eſſet nobis tūc p mediū ſenſꝰ ⁊c.

¶ Guſtus autem eſt aliquis tactus. Et eſt illud quod eſt in potentia iſtius diſpoſitionis nō per medium quod ſit corpus extraneum. Tactus enim etiam non eſt ſic. Et corpus in quo eſt ſapor guſtus in eo eſt humiditate: ſicut res in materia. Et hoc eſt aliq̄d tangibile. Et ideo ſi nos fuerimus in aqua: ⁊ in aqua fuerit aliq̄d dulce: ſentiemus non per medium: ſed admiſcendo ſecum humido: ſicut eſt de vino. Color autem non videtur eo ꝙ admiſcetur: neq; quia aliquid currit ab eo.

101

Uide pro hoc. j. cō. 115. Uide. j. 113. vbi in-digentia medij ex-triſeci nō ē de neceſſitate tactus ſꝫ tāgibiliū.

Cum compleuit ſermonem de olfatu: et ſenſus guſtus eſt illud quod debet conſequi numerum ſm̄ ordinem qui incepit a meliori et procedit ad magis neceſſarium: incepit loqui de eo et declarare ꝙ eſt aliquis tactus: et qđ propter hoc non indiget comprehendere ſuum ſenſibile per medium qđ ſit corpus extraneum: ſed per medium qđ ſit pars animalis. ¶ Et. d. Guſtus autem eſt aliquis tactus: et hoc non eſt in potentia alicuius diſpoſitionis per medium quod ſit corpus extraneum: tactus enim eſt etiam ſic. i. ⁊ iſte ſenſus non eſt illud quod eſt in potentia iſtius diſpoſitionis per medium quod eſt corpus extraneum: ſed per medium quod eſt corpus non extraneum. D. d. Tactus enim etiam non eſt ſic. i. tactus enim etiam comprehendit ſuum ſenſibile non per medium quod eſt corpus extraneum: ſicut eſt de ſenſibus tribus predictis. ¶ Et quaſi inducit iſtū ſermonem pro ratione ꝙ guſtus eſt aliquis tactus. ⁊. q. d. guſtus autem eſt aliquis tactus cum comprehendat ſuum ſenſibile non per medium quod ſit corpus extraneum ſicut tactus. ⁊ hoc eſt manifeſtum in ſecunda tranſlatione vbi dicit. ſenſus autem guſtus comprehendit per tactū. ¶ Et cū illius eſt ꝙ ſenſibiliter per guſtū nō cōprehenditur per medium inter guſtans ⁊ guſtatū qđ eſt corpus extraneum: neq; etiam tactus ita cōprehenditur.

¶M.d.corpus in quo eſt ſapor ⁊c.i.⁊ alio modo dicimus: etiam ꝙ iſte ſen
ſus eſt aliquis tactus. Corpus enim in quo exiſtit ſapor non eſt guſtabile
niſi ſm quod ille ſapor exiſtit in eo humore: cuius proportio ad illum ſa-
porem eſt ſicut materie ad formam: ⁊ ideo iſte ſenſus non comprehendit
ſaporem niſi comprehẽdat humorem: cum ſit impoſſibile vt denudetur ab
eo. Et comprehendere humorem eſt aliquid tangere. vnde iſte ſenſus vide
tur aliquis tactus. ¶Deinde.d.⁊ ideo ſi nos fuerimus in aqua ⁊c.i.⁊ quia
guſtus non indiget medio extraneo: ideo cum nos fuerimus in aqua in Rñr obie
qua inuenitur aliquod dulce ſentietur a nobis admiſcendo ſe cum aqua: ctioni.
non quia recipit ſaporem abſtractum a materia: et reddit eum iſti ſenſui:
ſicut eſt de mediis extraneis que reddunt ſenſibilia ſenſibus. Illa enim nõ
recipiunt ſenſibilia cum corporibus in quibus exiſtunt: ſed abſtracta a Media ex
materia. trinſeca
¶Et hoc demonſtrat ꝙ ipſe opinatur ꝙ odor non eſt corpus: ſi enim eſſet non reci-
corpus: olfatus eſſet aliquis tactus. ¶Deinde.d.color autẽ nõ videtur ⁊c. piũt ſenſi
i. color autem non videtur ita ꝙ aliquid ex eo admiſceatur cum aqua aut bilia cũ
aere: neqꝫ quod aliquid currat ab eo in aerem aut aquam: ſed tantum reci corpori-
piunt ab eo intentionem coloris abſtractam a materia. Unde dicimus in bus i qbꝰ
hoc ⁊ ſimilibus ꝙ comprehenduntur per medium extraneum. exiſtunt.

¶Ut quidem igitur mediũ nihil eſt. Ut autem color viſibile: ſic Idem. ſ.
guſtabile humor. ¶Nihil autẽ facit humoris ſenſum ſine humi cõ.76. et
ditate: ſed habet actu aut potentia humiditatẽ vt ſalſum. Bene 97.
enim liquidum ipſum eſt: ⁊ liquefactiuum lingue. Commẽ.
¶Secundũ autem hunc modũ medium non eſt medium. Sed contra
quẽadmodum color eſt viſibile: ſic ſapor eſt guſtabile. Auic.
¶Et nihil recipit ſenſum guſtus abſqꝫ humiditate: ſed in eo in Nihil fa-
actu aut potẽtia humiditas. U.g. ſalſum. Eſt enim velocis diſſo- cit humo
lutionis: ⁊ cum hoc diſſoluit linguam. ris ſenſus ſine hu-

¶Iſte autẽ ſenſus differt a ſenſibus qui comprehendunt per medium ex- miditate.
traneum in hoc ꝙ non comprehendit ſuum ſenſibile per mediũ. Sed quẽ- 102
admodum color eſt viſibile: ⁊ in rei veritate proprium viſui: ita ſapor in rei
veritate eſſe guſtabile proprium guſtui.
¶M.d.⁊ nihil recipit ſenſum ſaporis ⁊c.i. nihil recipit ſenſum ſaporis qui 2
dicitur guſtus niſi ſapor ſit in humore: et humor eſt in ſaporoſo: aut in
actu. aut in potentia. U.g. ſalſum quod eſt humidum in potentia propin-
qua cum velociter diſſoluitur et diſſoluit humores qui ſunt in lingua. Et M
ideo preparauit natura ſaliuam in ore et preparauit branchos in homi- Propter
ne ad congregandum iſtam humiditatem: vt ea mediante guſtentur ſic- qd natu
ca. vnde dicimus quod ſapor non eſt ſapor in actu: niſi in corpore humi ra ꝑpara
do in actu. uit ſaliuã
¶Sicut autem viſus viſibilis eſt: ⁊ inuiſibilis: tenebre autẽ in- in ore.
uiſibiles: iudicat autem ⁊ ipſas viſus. Adhuc autẽ ⁊ valde ſplen
didi eſt: etenim hoc inuiſibiles: alio autem modo a tenebris. Si-
militer autẽ ⁊ auditus ſoniqꝫ et ſilentij: quorum aliud audibile:
aliud non audibile: ⁊ magni ſoni: ſicut viſus eſt ſplendidi. Sicut
enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo: ſic ⁊ magnus et
violentꝰ. Inuiſibile autẽ aliud quidẽ oĩno dicitur ſicut ⁊ in aliis
impoſſibile: aliud autẽ ꝗuis aptũ natum non habet aut praue-

ſicut qđ ſine pedibus:& ſine gradu dr̄. Sic autem guſtus guſtabi-
lis quidem & non guſtabilis: hoc autem eſt paruum aut paruum
habens humorem: aut corruptiuum guſtus. Uidetur autem prin
cipium eſſe potabile & non potabile: guſtus enim quidem ambo.
Sed hoc quidem vt paruum & corruptiuum guſtus. illud autem
ſm naturā. Eſt autem commune tactus: & guſtus potabile.
¶ Et ſicut viſus eſt rei viſibilis & non viſibilis: nam obſcuritas
eſt non viſibilis: & etiam diſtinguetur a viſu. Et eſt etiam manife
ſtum in eo ꝙ eſt valde fulgens & ſplendens: hoc eīm quoquo mo-
do eſt non viſibile: ſed tñ alio modo ab obſcuritate. Et ſimiliter
auditus eſt ſoni & ſilentij quorum vnum eſt audibile: & aliud nō
audibile: & eſt maximi ſoni: ſicut viſus eſt reſplendentis. Queād-
modum eīm minimus ſonus eſt nō audibilis: ita aliquo modo eſt
maximus ſonus etiā. Et non viſibile quidem dr̄ ſic vniuerſaliter
ſicut omnibus carentibus hoc. Et quoddam eſt innatum vide-
re: ſed non habet: aut habet: ſed diminute: vt carens pede. Et ſi-
militer guſtus eſt guſtabilis & non guſtabilis: & hoc eſt cuius ſa-
por eſt debilis aut malus: aut corrumpens guſtum. Et ſimiliter
exiſtimatur de potabili & non potabili. Sunt eīm guſtus quoquo
modo: ſed illud malum corrumpens guſtum / & illud naturale. Et
potabile eſt commune tacui & guſtui.

103 ¶ D. ſermo eius in hoc capitulo eſt manifeſtus: & abbreuiatio ei⁹ eſt ꝙ nō
ſenſibile dr̄ in vnoquoqꝫ ſenſuum tribus modis: aut dr̄ de eo qđ caret ſenſato
ꝓprio illi ſenſui de eis ſenſatis que innatus eſt habere: aut de eo qđ eſt ſen
ſibile intenſum in ſe reſpectu illius ſenſus: aut de eo qđ eſt ſenſibile debile.
¶ U.g. obſcuritas que eſt nō ſenſibile ſm priuationē in viſu: & color ſplen-
dens qui eſt non ſenſibilis propter intenſionem: & color latens qui eſt non
ſenſibilis propter debilitatem. Et in auditu ſilentiū ſm priuationē: & maxi
mus ſonus ſm intēſionē: & ſonus latens ſm debilitatē. Et in guſtu inſipi-
dum ſm priuationē: & horribile ſm malitiam: & debile ſm diminutionem.
Omnia enim iſta dicuntur non ſenſibilia: quoniam vnūquodqꝫ iſtorū eſt
priuatio alicuius diſpoſitionis naturaliter ſenſibilis illius ſenſus.

2 ¶ Deinde. d. & ſi viſibile quidem dr̄ &c. i. & nō viſibile dr̄ vlr̄ ſicut dr̄ in aliis
Cōſiſem ſenſibus multis modis: aut q2 nō eſt innatū videri oīno: vt dicimus ꝙ tene
diſtinctio bra eſt inuiſibilis: aut q2 eſt innatus videri: ſed non vr̄: q2 hꝫ colorem: ſed
nē habes alio modo ab eo ſm quē innatū eſt habere. ſ. aut propter intenſionem aut
de infinito propter debilitatem hoc dr̄ non viſibile. ſicut dr̄ in eo qui eſt debilis pedis
3.ph.34.& ꝙ non hꝫ pedem. ¶ D. d. & potabile eſt cōmune tactui & guſtui. i. ꝙ ſm hu-
3.1 hoc.2. miditatē q̄ eſt in eo eſt tangibile: & ſm saporē eſt guſtabile.

120.3 dec3 ¶ Qm̄ autem humidum q̇dem eſt guſtabile: neceſſe eſt ſenſitiuū
&.96.3 dē ipſius / neqꝫ humidum eſſe actu: neqꝫ impoſſibile fieri humidum.
5.me.27. ¶ Patitur enim guſtus aliquid a guſtabili ſm ꝙ guſtabile eſt.
&.17.cōſile Neceſſarium eſt ergo humectatum fore qđ poſſe humectari ſalua
de inobi- tum: non humidum autem guſtatiuum ſenſitiuum. ¶ Signum
li.5.ph.2. autem neqꝫ ſiccā exñtē linguā ſentire: neqꝫ multum humidā. Hic
&.1.20. eīm tact⁹ fit primi humidi: ſicut cū aliqs q̇ ante guſtauit forte hu-

moꝛem guſtet alterum. Et vt laboꝛantibus amara oĩa vidẽtur:
ꝓpter id qꝺ lingua plena hmõi humiditate ſentiunt.
¶ Et qꝛ guſtabile eſt humidũ: fuit neceſſe vt ſuus ſenſus nõ eẽt
humidus in ꝑfectione: neqꝫ impoſſe vt humefiat. ¶ Guſtus eñ
quoquo mõ patit̃ a guſtabili ſm ꝙ eſt guſtabile. Uñ neceſſe ẽ vt
humefiat illud qꝺ poſſibile eſt vt humefiat ⁊ eſt ſaluatum: ſꝫ nõ N
eſt humidum ſenſus guſtus. ¶ Et ſignum eius eſt ꝙ lingua nõ propter
ſentit cum fuerit valde ſicca: aut valde humida. Tactus eñ ipſe qd egrotã
erit per pꝛimum humoꝛem: ſicut qui pꝛius guſtauit ſapoꝛem foꝛ- tibus oĩa
tem: deinde guſtauit alium ſapoꝛem. Et ſicut egroti ſentiunt oĩa amara vi
amara: quia ſentiunt ea per linguam ſubmerſam in tali humoꝛe. dentur.
104.
¶ Cum declarauit ea que ſunt cõia iſti ſenſui ⁊ ſenſui tactus ⁊ aliis ſenſi-
bus: incepit dicere quoddã ꝓpꝛiũ membꝛo iſtius ſenſus. ſ. lingue. ¶ Et. d. ⁊
qꝛ guſtabile eſt humidũ ⁊c. i. ⁊ qꝛ materia ſapoꝛis eſt humoꝛ: vt declaratũ
eſt in ſenſu ⁊ ſenſato: neceſſe fuit vt recipiẽs ſapoꝛẽ recipiat humoꝛẽ cũ ſa-
poꝛe. Uñ neceſſe eſt vt iſte ſenſus nõ ſit humidus in actu: neqꝫ ſit etiam im-
poſſibile vt recipiat humoꝛem: cum ſit innatus recipere ſapoꝛem: qꝺ eſt im
poſſibile ſine receptione humoꝛis: ⁊. d. ꝙ eſt neceſſe vt ſit non humidus in Illud qꝺ
actu: quia illud quod eſt aliquid in actu non eſt innatũ recipere illud qꝺ eſt aliqͩ i
eſt in eo in actu ſm ꝙ eſt in eo in actu. Uiſus enim ſi haberet aliquem colo actu nõ ẽ
rem in actu non reciperet coloꝛes. i actũ reci
2 ¶ D. d. guſtus. n. patitur quoquo mõ ⁊c. i. ⁊ eſt neceſſe vt iſte ſenſus ſit pere illud
innatus humefieri. mẽbꝛũ eñ guſtans patitur quoquo modo a guſtabili: qꝺ eſt i eo
et qꝛ guſtui ſemper aſſociat̃ humidũ: neceſſe eſt vt guſtãs patiat̃ ab humo i actu ſm
re qui eſt in ſapoꝛe. Uñ neceſſe eſt vt hoc mẽbꝛũ guſtãs ſit i ea diſpõne qua ꝙ eſt i eo
poſſibile eſt vt humefiat: ⁊ hoc erit vt nõ ſit humidũ in ſe: ⁊ ꝙ ſit cum hoc in actu.
ſaluatũ ab accidentibus. ⁊ hoc intendebat cũ. d. vñ neceſſe eſt vt humefiat Idem. s.
⁊c. i. ⁊ qꝛ neceſſe eſt vt hoc mẽbꝛũ humefiat: neceſſe eſt vt ſit innatũ hume- 67. idẽ. 3.
fieri. ſ. vt ſit ſaluatum a ſiccitate intenſa: ⁊ vt non ſit humidum. de aĩa. c.
3 ¶ D. d. ⁊ ſignũ eius eſt ꝙ lingua ⁊c. i. ⁊ ſignũ eius ꝙ lingua apud com- 4. idẽ. j. c.
pꝛehenſionẽ ſapoꝝ dꝫ ſaluari ab intẽſa ſiccitate ⁊ dñio humoꝛis eſt ꝙ ipſa de ſña oꝛ.
nõ ſentit ſapoꝛes qñ fuerit intẽſe ſiccitatis: aut intẽſe humiditatis: ſed tñ idẽ. j. ph.
ſentit cũ fuerit in naturali diſpõne ſm quã innata eſt recipere humiditatẽ 69.
ſapoꝛis. ¶ D. d. tactus eñ ipſe ⁊c. i. ⁊ cũ lingua innata eſt recipere ſapoꝛem
cũ eius humiditate: neceſſe eſt vt ſuper ipſum non dominet̃ alia humidi-
tas. Pꝛima eñ humiditas dominãs in lingua impediet eã in recipiẽdo ſe-
cundã humiditatẽ: quẽadmodũ ꝙ guſtauerit aliquẽ ſapoꝛẽ foꝛtẽ: ⁊ poſtea
guſtauerit aliũ ſapoꝛẽ: tũc eñ nõ ſentiet ſcõm ſapoꝛẽ ꝓpter dominiũ pꝛi-
mi ſuper linguã. ¶ D. d. ⁊ ſicut infirmi ſentiunt oẽs ſapoꝛes amaros quia
ſentiũt eos per linguã ſubmerſam in humoꝛe amaro. ita eñ qui guſtaue-
rit aliquẽ ſapoꝛẽ: ⁊ ſua lingua fuerit humefacta in humoꝛe accidẽtali: tunc
nõ cõpꝛehendet humoꝛẽ ſapoꝛis pꝛopꝛij niſi admixtum cũ qualitate illius
pꝛimi humoꝛis: ⁊ ſic accidet neceſſario vt nõ cõpꝛehẽdat ſapoꝛẽ: qꝛ nõ cõ-
pꝛehẽdit naturã ſapoꝛis in diſpõne illa ſm quã eſt materia illius ſapoꝛis.
¶ Species aũt humoꝛũ ſicut ⁊ in coloꝛibus: ſimplices qͥdẽ con-
trarie ſunt. vt dulce ⁊ amarũ. Habite aũt ſunt cũ hac quidẽ pin-
gue: cũ illa ꝟo ſalitũ. Media aũt hoꝛũ acre / ⁊ auſterũ / ⁊ põticũ /
⁊ acutũ. Fere eñ he vidẽtur eſſe humoꝝ differẽtie. Quare guſta

Tactus enim ſi non fuerit vnus genus/ſed plures:neceſſe vt tāgibilia etiā ſint plura vno. Sꝫ eſt dubiū vtrū ſint vnū aut plura.

Modo vult loqui de tactu:⁊.d.de tangibili autē ⁊ de tactu ⁊c.i.vtrum au
tem tangibile ſit vnū aut plura vno eſt dubium ſicut eſt de tactu:⁊ ſermo in 106
eis eſt idem:⁊ innuit per hoc cauſam propter quam latet hoc in hoc ſenſu ⁊ non latet in alijs ſenſib⁹.De illis em̄ q᷑ manifeſtū fuit ꝙ ſenſibile eorum eſt vnū in gñe:fuit etiā manifeſtū eos eſſe vnū in gñe.in hoc ſenſu autem quia ignoratum eſt de ſuis ſenſibilibus:fuit etiam ignoratum de ſenſu.

D.d.tactus em̄ ſi non fuerit vnum genus ⁊c.i.ſermo de eis in hac intentione idem eſt.Notum eſt enim nobis ꝙ ſi tactus non eſt vnum genus:ſed plura vno:neceſſe eſt ꝙ tangibilia ſint plura vno.⁊ ſi tangibilia ſint plura vno:neceſſe eſt vt iſte ſenſus ſit plus vno:ſed licet ꝯſecutio in iſtis duobus ſyllogiſmis ſit manifeſta:tñ deſtructio vel poſitio in eo eſt ignorata.

Et quid eſt ſenſitiuum tangibilis vtrum caro:⁊ in alijs ꝓportionale:aut non:ſed hoc quidem eſt medium.Primum autē ſenſitiuum aliud quidem eſt intus. Omnis etenim ſenſus vnius contrarietatis eſſe videtur:vt viſus albi ⁊ nigri:auditus grauis ⁊ acuti:guſtus amari ⁊ dulcis.In tangibili aūt multe inſunt contrarietates:⁊ calidum frigidum:humidum ⁊ ſiccum:durū ⁊ molle:⁊ aliorum quecūq; ſunt huiuſmodi.

Q Oēs ſenſus vidēt eē vni⁹ cō trarietatꝭ

Senſus autem tactus vtrum eſt in carne aut in alio ſimili aut non:ſed iſta eſt medium.Primum autem ſentiēs eſt aliud intrinſecum. Omnis enim ſenſus exiſtimatur eſſe eiuſdem contrarietatis.V.g.viſus albi ⁊ nigri.⁊ auditus grauis ⁊ acuti:⁊ guſt⁹ dulcis ⁊ amari.In tangibilibus autem ſunt plura contraria:calidum ⁊ frigidum:⁊ ſiccum ⁊ humidum:⁊ durum ⁊ molle:⁊ aſperū ⁊ lene:⁊ alia ſimilia.

Cum narrauit ꝙ dubium eſt vtrum ſenſus tactus ſit eiuſdē virtutis aut 107
plures:incepit dicere ſermones dubitabiles in hoc.Et.d.ſenſus autē tactus ⁊c.i.⁊ principium conſiderationis in hoc eſt:vtrum ſenſus tactus ſit in carne aut in ſimili carni in aīalibus carentibus carne:aut ſenſus tactus nō eſt in carne:ſed caro eſt quaſi medium.Et dixit hoc:quia ſi fuerit declaratum ꝙ ſenſus tactus eſt in carne:ita ꝙ proportio carnis ad ipſum ſit ſicut proportio oculi ad viſum:manifeſtum eſt ꝙ ſenſus tactus eſt vna virtus:qm̄ vnum inſtrumentum non eſt niſi vnius virtutis. Si autem fuerit declaratum ꝙ iſta virtus fuerit plures vna:neceſſe eſt vt caro nō ſit niſi medium:⁊ vt non ſit quaſi inſtrumentum.

Si ꝓportio carnis ad tactuꝫ ſit ſicut ꝓportio oculi ad viſum manifeſtuꝫ e ꝙ ſenſus tactus ſit vna ꝟtus 2

Et cum narrauit hoc:incepit inducere ſermones dubitabiles:et incepit ab eis q̄ demonſtrāt virtutē tactus eſſe plurē vna:q᷑ poſt inducet ea q̄ demonſtrāt ipſam eſſe vnam:ex hoc qđ apparet ꝙ cum ſenſibile fuerit poſitū ſuper carnē ſtatim ſentiet:ex quo exiſtimatur ꝙ iſta virtus eſt vna:⁊ dixit: ſed iſta eſt medium ⁊c.i.vtrum ſenſus tactus eſt in carne:ita ꝙ ſit vna virtus:aut non eſt in carne ſed intra:⁊ eſt plus q̄ vna virtus eſt dubium.pōt enim aliquis dicere ꝙ caro eſt medium:⁊ ꝙ primū ſentiēs qđ eſt inſtrumētum iſtius virtutis eſt aliquid intrinſecū.⁊ ꝙ eſt plus q̄ vnū inſtrumentū. ⁊ ſignū eius eſt:q᷑ manifeſtū eſt ꝙ idem ſenſus non cōprehendit niſi vnam contrarietatem:et eius media:viſus enim comprehendit album et nigrum et media:et auditus graue et acutum ⁊ media:⁊ guſtus dulce ⁊ ama-

rum ⁊ media. Tactus autē multa contraria. V.g. calidū ⁊ frigidū: ⁊ humidū
Documē- ⁊ ſiccū: ⁊ aſperum ⁊ molle: ⁊ alia contraria. Unde neceſſe eſt vt iſta virtꝰ ſit
tum. plures vna: ⁊ ꝙ caro ſit quaſi medium. ¶ Et hoc qđ dixit manifeſtū eſt: qm̄
Pro hoc ſi vna virtus eſt que comprehendit vnam contrarietatem: contingit oppo
vide. 2. ſitum conuerti cum oppoſito. ſ. vt que non comprehendit vnam contrarie-
priorū. c. tatem ſed plures non ſit vna virtus.
21. ⁊. 4. to ¶ Habet autem ſolutionem quādam ad hanc dubitationē: ⁊ ꝙ
pi. ca. 5. R in alijs ſenſibus ſunt contrarietates plures: vt in voce nō ſolum
acumen ⁊ grauitas: ſed magnitudo: ⁊ paruitas / ⁊ lenitas ⁊ aſpe-
ritas vocis ⁊ ſimilia alia. Sunt autem ⁊ circa colorem differen-
tie huiuſmodi altere. Sed ꝙ ſit vnum ſubiectum ſicut auditui ſo
nus ſic tactui: non manifeſtum eſt.
¶ Sed eſt hic aliquid per qđ diſſoluitur iſta queſtio. In alijs em̄
ſenſibus ſunt modi contrarietatis plures vno. V.g. in ſono cum
acuto ⁊ graui eſt magnum ⁊ paruum: ⁊ ſonus leuis et aſper: et
alia ſimilia. Et in colore etiam ſunt alij ſimiles iſtis. Sed tamen
non eſt manifeſtum quid eſt illud vnum ſubiectum: ſicut eſt ſo-
nus auditus: ſic tactus.

198 ¶ Cū dedit ſermonē facientem credere ꝙ ſenſus tactus ſit plus vno dedit
aliū ſermonē quaſi dubitationē ſup hunc ſermonē. ¶ Et dixit. ſed eſt aliqđ
⁊c. i. poteſt aliquis dicere aliquid eſſe ꝑ qđ diſſoluitur iſte ſermo per quem
ꝓbatur ꝙ ſenſus tactus eſt plus vno: ⁊ ꝙ in alijs ſenſibꝰ etiā ſunt modi cō
trarietatis plures vno. V.g ꝙ auditus cōprehendit graue ⁊ acutū: et ma-
gnū ⁊ paruū: ⁊ lene ⁊ aſperū. ⁊ ſilr viſus comprehendit multa album et ni-
grum; ⁊ ſplendens: ⁊ non ſplendens: quapropter non eſt neceſſe ex hoc qđ
tactus comprehendit plus vna vt ſit plures; ⁊ ꝙ caro ſit quaſi medium.
¶ Et cum dedit hanc dubitationē ſuper ſermonem probantē ꝙ iſte ſenſus
2 eſt plus vno: incepit excitare modū debilitatis eius ⁊ dixit: ſed non eſt ma
nifeſtū ⁊c. i. ſed iſte ſermo non ſequit̄ qm̄ ſi magna cōtrarietas que eſt in ta
ctu ſit ſimilis ꝯtrarietati exiſtenti in vnoquoqꝫ ſenſu: neceſſe eſt vt ſubiectū
modoꝝ ꝯtrarietatis que eſt in tactu ſit vnum: ſicut eſt in viſu ⁊ in auditu.
Sonus em̄ eſt ſubiectū illoꝝ cōtrariorum predictorū: ⁊ ſimiliter color eſt
ſubiectū modoꝝ ꝯtrarietatis cōprehenſibiliū per viſum. Sed non eſt ma-
nifeſtū quid eſt vnū ſubiectū cōtrariorum ſenſus ⁊ tactus: imo apparet ꝙ
ſubiectum multiplicatur ſm̄ multiplicationē contrariorum. ¶ Et intendit
ꝑ ſubiectū hic genus qđ diuidit̄ in hec ꝯtraria. ¶ Et hoc qđ dixit manifeſtū
eſt. Neceſſe eſt em̄ ſi poſuerimus ꝙ vnus ſenſus cōprehendit multos mo-
dos contrarietatis: vt genus ſubiectū illis modis ſit vnū. Qm̄ neceſſe eſt
aliquid eſſe cōmune illi multitudini ꝙ cōprehenditur ab illo vno ſenſu.
7. me. 43. ⁊ ſi non: non erit illic aliquid per quod ille ſenſus poterit dici vnus: qm̄
Digreſſio ſenſus nō eſt vnus niſi per vnā intentionē. Et cū cōtraria fuerint diuerſa
ꝙ tactꝰ nō in generibus: tunc virtutes erunt diuerſe: ⁊ ideo illud qđ recipit cōtrarieta
ſit vnꝰ ab tem colorū aliud eſt a recipiente ſapoꝝ ꝯtrarietatē: cū iſta cōtraria ſint di
vno obie- uerſa in genere. Uñ neceſſe eſt ſi tactus ſit vna virtus vt modi contrariorū
cto. quos comprehendit ſit vnū genus ſubiectum eis qđ dicat̄ de eis vniuoce:
vt ſonus qui dicitur vniuoce ſit de modis ſonorū: ⁊ color de modis coloꝝ.
¶ Sed contraria tactus non videntur habere genus qđ dicatur de eis niſi
equiuoce. ¶ Quale enim qđ dicitur de calido ⁊ frigido ⁊ graui ⁊ leui: non
dicitur

dicit niſi pure equoce. Et illud qḋ dictū eſt de equocatione in hoc nomīe
q̄le qḋ dr̄ de ſapore de calore ⁊ frigore ⁊ odore. Oīa eñ hec nōia ſunt in pre
dicamēto q̄litatis: ⁊ graue ⁊ leue in p̄dicamēto ſbe. ¶ Et ideo neceſſe eſt vt
virtus cōprehēdens cōtrarietatē q̄ eſt in graui ⁊ leui ſit virtus cōprehen-
dēs cōtrarietatē q̄ eſt in calido ⁊ frigido neceſſario: ⁊ quoquomodo nō: eū
illa que cōprehēdit graue ⁊ leue: nō cōprehendit ea niſi mediāte motu. ſ. ꝙ
nō cōprehēdit graue niſi qñ mouet eā corpus graue aut leue. Et ideo opor
tet opinari ꝙ velit Ariſto. ꝙ ſenſus tactus eſt plus ꝙ̄ vnus: ⁊ ꝙ caro eſt. q.
ei medium a ¶ Licet iſte ſmo ſit cōtrarius ſmoni in lib. de aīalibus: b
ſ; tñ forte ille ſermo fuit ſm ꝙ apparuit illic. ſ. ꝙ ſciuit de mēbris aīaliū in
illo tpe. tūc. n. adhuc neſciebat neruos: ⁊ dixit ꝙ inſtrm̄ ſenſus iſtius eſt ca
ro: ⁊ iſte ſermo dat inſtrō eſſe iſtis aīalibus tāgibilibus intra carnem. ⁊ hoc
cōuenit ei qḋ poſt apparuit per anatomiam. ſ. ꝙ nerui hñt introitū in ta-
ctu ⁊ motu: quod ergo ſciuit Ariſto. ratione apparuit poſt per ſenſum.

a Soluit ꝯdictionē
b 2. ď pte bꝰ aīaliū ca. 6. 3. de nā aīaliū. ca. 5.

¶ Utrum autem eſt ſenſitiuum intus aut non: ſed mox caro. nul
lum videtur eſſe ſignum fieri ſenſum ſimul cum tactu. Etenī nūc
ſiquis circa carnem extēderit vt pellem faciens ſimiliter ſenſum
mox tactum inſinuat: ⁊ tamen conſtat ꝙ non eſt in hoc ſenſitiuū.
Si autē ⁊ connaturale fuerit citius vtiq̄ pertinget ſenſus.
¶ Utrum autem ſenſus ſit intra aut non: ſed eſt primū quod ap
paret. ſ. caro. Exiſtimatur quod iſtud ſignum nihil eſt. ſ. ꝙ ſenſus
eſt quando tangitur. Quoniam ſi tu acceperis membranam ⁊ in
duas carnem ea: tunc eodem modo apparebit ſenſus quando tā
gitur: licet manifeſtum eſt ꝙ ſentiens non eſt in iſtis rebus. Si
igitur fuerit ſolidatū cum eo: tunc ſenſus citius prouenit etiam. 109

¶ Cum dedit ſermonē neceſſariū ex quo apparet ꝙ ſenſus tactus eſt plus
vno: ⁊ ꝙ caro eſt quaſi mediū vt expoſuimus: licet ſit cōtra opinionē Alex.
⁊ expoſitionē Themiſtij: ꝗ̄uis Themiſtius dicat aperte ꝙ iſta eſt opinio
Ariſt. ſ. ꝙ caro eſt quaſi mediū ſed iſti videntur nō ſcire rationē ſuper quā
ſuſtentabatur. Ariſt. in hoc. ⁊ eſt q: ſenſibilia tactus non cōmunicāt in eo-
dem genere ꝙ de eis dicatur vniuoce neceſſe etiā vt ſit plus vno. Et nos di
cemus rationē Alex. in hoc ⁊ diſſoluemus eam: et cum iam compleuit hoc
declarare et diſſoluere queſtionem contingentē in hoc: reuerſus eſt ad de-
ſtruendū illud ex quo exiſtimatur ꝙ caro eſt inſtrumentum iſtius virtus.
¶ Et. d. vtrum autē ſentiens eſt intra ⁊c. i. dicere autem ꝙ tangens non eſt
intra: ſed eſt in primo eorum que apparent. ſ. in carne. Caro enim cum fue
rit poſitum ſuper ipſam aliquod guſtabile comprehēdet ipſum: vt eſt ſm
ꝙ iſtud argumnetū non tenet. ſ. ꝙ ſenſus tactus ſit quādo tangibile tāgit
carnem. ¶ D. debilitauit hoc argumentū: ⁊ dixit: quoniam ſi tu acceperis
membranā ⁊c. i. quoniā ſi tu acceperis mēbranā nō ſpiſſam: ⁊ indueris ea;
carnem: ⁊ poſueris ſuper carnē aliquod tangibile: tunc ſtatim comprehen-
detur a ſenſu ac ſi eſſet abſq̄ illa membrana. D. d. licet ſit manifeſtū ꝙ ſen-
tiens non eſt in iſtis rebus. i. licet ſit manifeſtum ꝙ primum ſentiens non
eſt in cute non eſt impoſſibile vt caro ſit talis diſpoſitionis. ſ. vt ſit mediu;
quaſi cutis: in apparētibus autem in carne nulla dubitatio eſt ſuper ea
que iam declarata ſunt ratione. ¶ D. d. ſi igitur fuerit conſolidatū. i. ⁊ nul
la differentia eſt in hac intentione ſiue caro fuerit continua cum ſentien-
te: ſiue membrana fuerit non continua: cutis enim ſi eſſet cōtinua: tunc eī

tius redderet ſenſum. Continuatio igitur non dat carni niſi facilitatem ꝑ tranſitus ſenſus: nõ q᷑ cõtinuatio det vt caro ſit inſtrumẽtũ iſtius ſenſus.

Propter quod talis pars corporis videtur ſic ſe habere: ſicut ſi circulariter nobis copulatus eſſet aer. Videremur enim vno quodam ſentire ⁊ ſonum: et odorem: et colorem: et vnus quidem ſenſus eſſet auditus: viſus: ⁊ olfatus. Nunc aũt qm̃ determinatũ eſt per qð fiunt motus: manifeſta ſunt p̃dicta ſenſitiua altera eſſe.

Et ideo iſtud inſtrumentum eſt de corpore: quaſi aer ſi eſſet applicatus cum corpore in circuitu. Tunc enim exiſtimaremus qð per id ſentiremus ſonum: ⁊ colorem: ⁊ odorem: ⁊ ꝙ viſus: ⁊ auditus: ⁊ olfatus eſſet ſenſus vnus. Modo autem quia aer per queȝ fiunt iſti motus ſcilicet videre: ⁊ audire: ⁊ olfacere eſt diſtinctus: apparent ſenſus quos diximus eſſe diuerſi.

II Cum declarauit ꝙ tactus eſt plus vno ſenſu: ⁊ qꝛ ꝓpter hoc caro dȝ eſſe media iſtis ſenſibus: ⁊ ꝙ dubitatio ſuper hoc ex eo ꝙ apparet ſenſui que fecit multos homines dicere ꝙ caro eſt inſtrumẽtũ iſtius ſenſus. ⁊ ꝙ iſte ſen-

Alia lra hȝ in gñe.

ſus eſt vnus: nõ ſufficit. Incepit declarare modũ ex quo cõtingit iſta exiſtimatio cõis oĩbus: ⁊ forte ipſe eſt vnus eorum in libro de animalibus: q̃ hoc exiſtimauerunt. Et dixit: ⁊ ideo hoc mẽbrũ de corpore ⁊c. i. ⁊ iſta exiſtimatio accidit hominibus: q᷑ hoc mẽbrũ. ſ. caro aſſimilatur aeri ſi eſſet applicatus cum corpore: qm̃ ſi aer ꝑm ꝙ eſt medium fuiſſet applicatus cum corpore ſicut caro. i. eſſet pars corporis: tunc exiſtimaremus qꝛ per idem ſentiremus ſonũ ⁊ colorẽ: ⁊ odorem: ⁊ ꝙ hec tria ſunt vnus ſenſus. ⁊ hoc idẽ accidit ſenſibus tactus cum carne: ita ꝙ fuit exiſtimatũ eos eſſe vnum ſenſum. D. d. modo aũt quia aer ⁊c. i. ſed apparet ꝙ tres ſenſus iſti ſunt diuerſi lȝ ſint ꝑ idem medium: quia medium non eſt pars noſtri. Caro autem quia eſt pars noſtri non apparuit hoc in ſenſibus tactus: ⁊ fuit exiſtimatum eos eſſe vnũ ſenſum: ſed demonſtratio coegit ꝙ ſint plures vno ſenſu. ſentit enim plura

B vno ſenſibili in carne.

Ex aere aũt aq̃ impoſſe ẽ eſſe aiatũ corpꝰ ꝗ᷑ opꝫ ei firmũ eſſe. Jð.4.meteororũ.t.cõ.29.

In tactu autem hoc quidem nunc immanifeſtum eſt: ex aere q̃dem enim aut aqua impoſſibile eſt conſtare animatum corpus. oportet enim firmum eſſe. Relinquitur autem mixtum ex terra: ⁊ ex his eſſe vt vniuerſaliter caro: ⁊ proportionale. Quare neceſſarium eſt ⁊ corpus eſſe medium tactui applicatum: per quod fiant ſenſus: cum ſint plures.

In tactu autem hoc modo latet: impoſſibile eſt. n. vt cõſtitutio corporis animati ſit ex aere: aut ex aqua. Indiget enim vt ſit durum. Remanet igitur vt ſit ex terra: ⁊ ex iſtis in carne: ⁊ ſimilibus Unde neceſſe eſt vt corpus medium tangens ſit applicatum: per cuius mediationem erunt ſenſus plures q̃ȝ vnus.

III Cũ declarauit modũ ex quo cõtingit iſta exiſtimatio in ſenſibus tactus: ⁊ nõ cõtingit in aliis ſenſibus: incepit narrare cãm ⁊ neceſſitatem in hoc ꝙ mediũ in tactu eſt applicatũ ⁊ in aliis nõ applicatũ. Et. d. in tactu autem ⁊c. i. tactui aũt accidit hoc ita ꝙ iſta intẽtio latet in eo. ſ. ꝙ eſt plus q̃ȝ vnus ſenſus: ex hoc ꝙ omnis ſenſus indiget medio: ⁊ animalia indigent in ſalu-

2 te vt ſentiant tãgibilia: ideo fuit neceſſe vt medium eſſe pars eius.

Et fuit impoſſibile vt hoc medium quod eſt pars eius eſſet aqua aut aer.

Impoſſe eſt eñ ſicut.d.vt cõſtitutio corporis eſſet ex aere aut aqua. Ad alia eñ indigẽt neceſſario corpe duro: ex quo cõtingit neceſſario vt mediũ ſenſibus tact⁹ eſſet corp⁹ admixtũ ſuper qđ abũdaret terreſtritas: ⁊ eſt caro et eius ſimile in alalibus carentib⁹ carne: ⁊ ſic eſt intelligendus iſte ſermo.

¶ Et ipſe excitauit nos ſup hoc qđ diminuit in ſermone p hoc qđ.d.neceſſe eſt igit vt corp⁹ mediũ tangẽs ſit applicatũ.i.neceſſe eſt igit ꝙ ois ſenſus ſit per mediũ.cũ ſenſus nõ ſentiãt ſua ſenſibilia niſi tangẽdo: ⁊ alalia indigent vt ſentiãt ſenſibilia occurrẽtia: vt mediũ ſit applicatũ ⁊ pars corpis. 3 Põderat neceſſarium.

¶ M.d.per cuius mediationẽ erũt ſenſus ⁊ ſunt plures vno.i.ſenſus tact⁹.

¶ Demõſtrat autem ꝙ plures ſint qui in lingua tactus. Omnia enim tangibilia ſentit lingua ſm eandem partem ⁊ humorẽ. Si quidem igitur ⁊ alia caro ſentiret humorem: videretur vnus et idem eſſe ſenſus: guſtus: ⁊ tactus. Nunc autem ſunt duo propter id ꝙ non conuertitur.

¶ Et demõſtrat eos eſſe plures vno tactus lingue. Omnia tangibilia ſentiuntur per idem membrũ: ⁊ saporem. ſi ergo alia caro ſentiret ſaporem: tunc exiſtimaretur ꝙ guſtus ⁊ tactus eſſent idẽ ſenſus. Modo autem ſunt duo quia non conuertitur.

¶ Et demõſtrat ꝙ ſenſus tactus eſt plus ꝙ̃ vnus: ⁊ qđ hoc latet q̄ caro eſt 112
quaſi mediũ tactus qui eſt in lingua: qm̃ ſentimus oia tangibilia per hoc B
mẽbrum ⁊ etiã saporẽ: fuit neceſſe vt caro que eſt in hoc mẽbro ſit quaſi me Jđ ſenſus
dium nõ quaſi inſtrumentũ: qm̃ ſi eſſet inſtrumentũ saporis nõ cõprehẽde idẽ iſtm.
ret tangibile: ⁊ ſi tangibile: nõ saporẽ. Idem eñ ſenſus idem hȝ inſtrumẽ ꝯſiſte.z.ꝯ.
tum. Si igit alia caro que eſt in corpore ſentiret saporẽ: ſicut caro q̄ eſt in 107.⁊.3.đ
lingua: tũc exiſtimaret ꝙ guſtus ⁊ tactus eſſent idẽ ſenſus. D.d.modo aũt ala.ꝯ.50.
ſunt duo q̄ nõ cõuertit.i.modo autẽ nõ accidit hoc q̄ nõ cõuertitur ſcilȝ
ꝙ ois caro guſtãs eſt tangens: ſed nõ omnis caro tangens eſt guſtans. C

¶ Dubitabit autẽ aliquis ſi omne corpus profundũ habet. Hec autem eſt tertia magnitudo. Quorũ autem corporũ medium eſt aliquod corpus: nõ contingit ipſa adinuicẽ ſe tangere: Humidũ autẽ non eſt ſine corpore nec humectatũ: ſed neceſſe eſt aquã eſſe aut habere aquam. Que vero tanguntur adinuicem in aqua: niſi ſicca extrema ſint: neceſſe eſt aquam habere mediũ quo repleta ſunt vltima. Si autem hoc verum: impoſſibile eſt tangere aliquid aliud in aqua. Eodem autem modo ⁊ in aere. Similiter eñ ſe habet aer ad ea que ſunt in ipſo: ⁊ aqua ad ea que ſunt i aqua. Latet autem magis nos ſicut ⁊ que ſunt in aqua animalia: ſi humectatum tangit humectatum. Ex hoc ſumitꝙ inter duo corpora dicta cadit medium.

¶ Ex eis de quib⁹ dubitat homo eſt ꝙ omne corpus hȝ profundum: ⁊ hec eſt tertia dimẽſio. Et corpora inter q̄ exiſtit aliqđ corpus medium impoſſibile eſt vt tangãt ſe adinuicem. Et humidum non eſt extra corpus neq; humectatum. Immo neceſſe eſt vt ſit aqua aut aliquid in quo eſt aqua. Et ea que occurrunt ſibi in aqua adinuicem: cum ſua extrema nõ fuerint ſicca: neceſſe eſt vt inter ea ſit medium: et eſt illud in quo vltima eorum ſunt ſubmerſa. Et ſi hoc eſt verum: impoſſibile eſt vt aliquid tangat

aliud in aqua: ⁊ ſimiliter in aere. Aer eñ ita eſt cũ eis q̄ ſunt ĩ eo: ſicut aqua cũ eis q̄ ſunt in aqua. U.g. aĩalia que ſunt in aqua ſi corpus humectatum tangit corpus humectatum.

113 Cõtinuatio. Expõ. ¶ Cũ declarauit ꝙ tactus indiget carne pro medio: ⁊ ꝙ eſt plus ꝙ̃ vnus: incepit etiã querere vtrũ iſte ſenſus cũ hoc qđ indiget carne indigeat etiam medio extrinſeco: aut ſufficit etiam caro ſine medio extrinſeco. et iſta q̄ſtio etiã accidit in guſtu. ¶ Et. d. et ex eis in quib⁹ homo dubitat eſt ⁊c. i. et dubitat homo in hoc vtrũ tactus indigeat medio extrinſeco: cum hoc ꝙ indiget medio quod eſt caro. Omne eñ corpus hʒ profundũ: et eſt tertia menſura corporis. D. d. et corpora inter que eſt mediũ ⁊c. i. et cum omne corpus hʒ profundũ: neceſſe eſt vt inter omnia duo corpora nõ ſe tangẽtia ſit corpus: ⁊ cum ita ſit contingit vt corpora ſicca inter que eſt mediũ corp⁹ humidum: impoſſibile eſt vt tangant ſe adinuicem abſq; eo ꝙ ſue ſuperficies ſint humefacte ab illo corpore humido: et humiditas impoſſibile eſt vt ſit extra illud medium. U.g. corpora humectata: qm̃ impoſſibile eſt vt tangãt ſe niſi inter ea ſit aqua: aut aliquid aque.

2 ¶ D. d. et ea que occurrunt ſibi adinuicẽ cum extrema eorum fuerint nõ ſicca ⁊c. i. et cum corpora ſicca non occurrunt ſibi in corporib⁹ humidis niſi extrema eorũ fuerint humectata: neceſſe eſt vt non occurrant ſibi niſi inter ea ſit mediũ: et eſt corpus in quo ſuperficies eorũ ſunt ſubmerſe. et cuʒ ita ſit impoſſibile eſt: vt corpus ſiccũ tangat corpus ſiccũ in aqua aut in aere: niſi inter ea ſit corpus aut ex aqua: aut ex aere. D. d. et ſimiliter etiã de aere. aer enim ⁊c. i. et ita eſt de aere ſicut de aqua in hoc. Sed humefactio eorum que ſunt in aqua eſt manifeſta ſenſu i: humefactio autẽ eorũ q̄ ſunt in aere non ſentit̃: ſed ratio cogit eam eſſe eiuſdẽ modi. U.g. animal quod eſt in aqua: qm̃ cum manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile eſt vt aliquid tangat niſi mediante aqua: ſic debet eſſe in animalibus que ſunt in aere.

Humefactio ĩ aq̄ ẽ mãifeſta ſenſui: ſʒ ea q̄ eſt in aere latet ſenſuʒ. Jđ j. ph. c. 54 Jđ. j. đ generat. ⁊ corrup. 19. Cõſiře de aq̄ habẽs. j. h. cõ. 115. ad finem.

¶ Utrũ igit̃ oĩum ſit ſimiliter ſenſus: an aliorũ aliter: ſicut nunc videt̃ quidẽ guſtus ⁊ tactus in tangendo: alij autẽ a longe. Hoc autẽ nõ eſt: ſed durũ ⁊ molle per altera ſentimus: ſicut ⁊ ſonabile et viſibile: et odorabile: ſed alia quidẽ a longe: alia vero a prope: pp quod latet: qm̃ oĩa ſentimus per mediũ: ſed in his latet. Et quidem ſicut diximus prius: et ſi per pellem ſentiremus omnia tangibilia ignorato qm̃ prohibet: ſimiliter vtiq; haberemus ſicut ⁊ nunc in aqua ⁊ in aere. Putamus enim nunc ipſa tangere et nihil eſſe per medium.

D Oĩa ſentimus per medium. ¶ Utrũ igitur ſenſus oĩum rerum eſt eodẽ modo: aut ſenſus rerum diuerſarũ eſt diuerſus: vt extiſmat̃ ꝙ guſtus ⁊ tactus ſunt per tangere: alia autẽ ſunt a remoto: aut nõ eſt ita. Sed nos etiã nõ ſentimus durũ ⁊ molle: niſi mediantibus alijs rebus: ſicut ſentimus faciens ſonum: ⁊ viſibile: et audibile. Sed iſta a remoto: ⁊ illa duo a propinquo. Et ideo non fuit perceptũ ⁊ ſi non oĩa ſentimus per aliquod mediũ: ſed non nõ p̄chenditur a nobis in his duobus. Jam enim diximus etiã prius ꝙ ſi nos ſentiremus tangibilia membrana mediãte ita ꝙ non perciperemus: tunc diſpoſitio noſtra eſſet: ſicut diſpoſitio noſtra modo in aqua aut in aere. Modo enim extiſtimamus tangere ea: ⁊ non eſt illud.

¶Et cum fuerit conceſſum hoc quod diximus qđ corpora ſicca impoſſibi 114
le eſt vt tangant ſe in corporibus humidis niſi inter ea ſit aliquod corpꝰ ex illo humido: querendū eſt vtrum ſentire oīa ſenſibilia ſiat eodē modo ſcilꝫ per mediū: aut ſentire res diuerſas ſit diuerſum.ſ.qđ ſentire quaſdam non eſt per mediū: vt exiſtimatur de tactu ⁊ guſtu: ⁊ quaſdam per mediuꝫ et ſine tactu: ſed a remoto: vt auditus: et olfatus: ⁊ viſus.

¶Aut nō eſt ita ſꝫ oīa tāgibilia ſentimꝰ p hoc idē mediū: per qđ ſentimꝰ il D
la tria reſidua: ſꝫ tñ differūt in hoc ꝙ ſenſibilia in iſtis tribꝰ cōprehēdunt a remoto ⁊ in tactu ⁊ guſtu a propinquo. ⁊ cum ita ſit, non ſentimꝰ oēs res niſi per mediū extrinſecum: ſed iſtud mediū non percipit a nobis in tactu.

¶Queadmodū ſi ſentiremus tangibilia mediāte mēbrana abſq; eo ꝙ per 5
ciperemus illā mēbranā eſſe ſuper nos: qm̄ diſpoſitio noſtra eſſet cum hac mēbrana p cuius mediationē ſentiremus tangibilia abſq; pceptione illiꝰ: ſicut eſſet diſpoſitio noſtra in ſentiēdo mediāte aqua aut aere.ſ. queadmo dum accideret nobis exiſtimare ꝙ nos nō ſentimus tāgibilia niſi tāgēdo: nō mediāte illa mēbrana cū nō pcipimꝰ illā eſſe oīno: ſic poſſibile eſt hoc ac cidere nobis in aqua aut aere.ſ. exiſtimare qđ nos ſentimꝰ res ſine media tione earū: ſed nos in rei veritate nihil tangimus niſi p mediationē earū.

¶Sed differt tangibile a viſibilibus et ſonatiuis: quoniam illa quidem ſentimus ex eo ꝙ medium mouet aliquid nos. Tangibi lia vero non a medio: ſed ſimul cum medio. Sicut per clypeum percuſſus: non enim clypeus percuſſus prius percuſſit: ſed ſimul accidit vtraq; percuti.

¶Sed tangibile differt a viſibilibus ⁊ facientibus ſonum. Nos enim ſentimus iſta ita ꝙ medium agit quoquomodo in nobis: et nos in tangibilibus nō a medio: ſed cum medio. Verbi gratia illi cui accidit ictus mediante ſcuto. Scutum enim non eſt illud quod percuſſit ipſum cum percutiebatur ſcutum: ſed accidit ꝙ p cuſſio amborum fuit ſimul. 115

¶Ideſt ſed licet cōſequitur ex hoc ſermone ꝙ tangibilia non ſint niſi p me dium ſicut tres ſenſus: tamē opinandū eſt ꝙ actio medij in hoc ſenſu nō eſt ſicut actio medij in illis: ſed tangibilia differunt a coloribus: et a ſonis in hoc ꝙ indigēt medio: quia ſenſibilia in illis tribus primo agūt in mediū: deinde medium in nos. Tāgibilia autē in ſimul agunt in nos ⁊ in mediū. Prīa pſ l q ponit drīaz iter mediū ta ctꝰ ⁊ alioꝶ rū ſenſuū

¶Sed debes intelligere hic per ſimul non quia in eodē tempore patit me dium ⁊ ſenſus tangibilibus et in illis duobus tēporibus. Exiſtimatur eī ꝙ viſus ⁊ aer alterant a colore in eodē inſtanti: ſed intendit hic p prioritatem ⁊ poſterioritatē in illis: prioritatē ſm cauſam.ſ. ꝙ ſenſibile eſt cauſa remota in motione ſenſus: ⁊ mediū eſt cauſa propinqua. in tactu autem me diū ⁊ ſenſus mouētur in ſimul a tangibilibꝰ: ſed mediū nihil facit in hoc. 2

¶Sed eſt aliquod accidens ex neceſſitate: nō qꝛ eſt neceſſe ineſſe ſenſus ſi cut mediū eſt neceſſariū in eſſe alioꝶ: ⁊ ideo aſſimulauit paſſionē noſtrā a tangibilibus paſſioni noſtre a percuſſione mediante ſcuto. Queadmoduꝫ igitur nō debet aliquis dicere ꝙ ſcutum eſt neceſſariū in actiōe percuſſiōis noſtre: ita qđ ſcutū ſit cauſa propinqua. ⁊ percuſſio eſt cauſa remota. ita eſt de aere cum tangibilibus.ſ. qđ non debet aliquis dicere quod illud neceſſe eſt ad ſentire tangibilia: ſed dicimꝰ ꝙ in ſimul patimur nos ⁊ ſcutū ab ictu. Quō mediū eſt ne ceſſarium in tactu. Documē tum.

¶Per Simul igitur debemꝰ intelligere priuationē prioritatis ⁊ poſterio ritatis in cauſa nō in tempore. ¶Et intendebat per hoc declarare qđ iſtud

nō eſt mediū ſm ꝙ eſt neceſſariū omni ſenſui in ſentiēdo: ſed mediū qđ hu iuſmodi eſt in hoc ſenſu eſt caro:⁊ hocſi diceтur medium erit ſm accidens.

3 ¶Sic igiť intelligendus eſt iſte locus nō qđ Ari. dubitauit in hoc ⁊ non cō pleuit neqȝ declarauit modū ſm quē dicitur ꝙ tangibilia non ſentiūtur ni ſi per medium extrinſecum: neqȝ etiā Ariſto. in hoc ſermone fuit valde obli tus: ſicut dicit Themiſtius ⁊ alij. Dicunt enim qđ nos ſi conceſſerimus qđ tangibilia non comprehenduntur in aqua ⁊ in aere niſi mediātibus iſtis: quid poſſumus dicere in comprehenſione qualitatum tāgibilium in iſtis duobus medijs ipſis.

4 ¶Et ego dico ꝙ obliuio fortis nō fuit niſi a dicente hunc ſermonē licet ſit valde difficilis ſm qđ apparet. Omne em̄ aial qđ innatum eſt eſſe in aqua aut aere nō ſentit aliquā qualitatē caliditatis aut frigiditatis in eis ſi fue rint in ſimplicitate quā debent habere: quia eſt locus eius naturalis: ⁊ lo cus eſt ſimilis locato: vt declaratū eſt in ſermonibꝰ vniuerſalibus. Et iam declaratū eſt qđ ſenſibile eſt cōtrariū ante paſſionem. ¶Et cum ita ſit aial non ſentit calorē aut frigus in aere: aut in aqua: niſi quādo cum eis admi ſcentur corpora calida aut frigida. Illa ergo corpora ſunt alia ab aqua et ab aere naturali: ⁊ cum ita ſit illud qđ accidit ex hoc quādo ſentimꝰ ꝙ aer aut aqua calefactus eſt aut infrigidatꝰ: illud idem accidit in corporibus que apparent viſui eſſe alia ab aere ⁊ aqua. ſ. qđ nos non ſentimus ea niſi mediante aqua et aere naturali vt declaratū eſt ex ſermone predicto. ¶Et ſi aer ⁊ aqua continentes animalia haberent qualitatē contrariā: tunc im pedirent cōprehenſionē qualitatū contrariarum ab animalibus.

5 ¶Et pp hoc qđ diximꝰ nō eſt opinandū aquā calefieri dum fuerit aqua pu ra: neqȝ ꝙ aer infrigideť dū eſt aer purꝰ: ſed hoc accidit pp corpora admix ta cum eis calida aut frigida: ⁊ hoc fecit dubitare homines: ita qđ frigidi tas nō eſt accidens inſeparabile aque ſicut calor igni: ⁊ iſta exiſtimatio ac cidit: qꝛ vulgus cōſueuit vocare aquā dum liquefactio remanet in ea: licet in rei veritate non eſt aqua pura ſed admixta. Iſta enim qualitas eſt ma gis cognita omnibꝰ ſuis qualitatibꝰ ſenſibilibꝰ: ſicut calor in igne: ⁊ ideo vulgus non abſolute vocat ignem qui infrigidatus eſt propter admixtio nem corporū frigidorū: ⁊ forte vocat ignem corpora calida: licet ſint hu mefacta per mixtionem dum remanent calida calore igneo.

Auer. ſolutio.

4. ph. tex. com. 48.

Tertio celi. 67.

¶Omnino aūt videť caro ⁊ lingua ſicut aer ⁊ aqua ad viſuȝ et auditū et olfatū ſe hñt ſic ſe habere ad ſenſitiuū ſicut illorū vnuȝ quodqȝ. Ipſo autē ſenſitiuo tacto: neqȝ ibi: neqȝ hic vtiqȝ fiet ſen ſus: vt ſiquis ponat in oculum vltimum corpus album. ¶Qua re manifeſtum eſt quod intus ſit tangibile ſenſitiuum. ſic enim vtiqȝ accidit quod quidem in alijs. Appoſita enim ſuper ſenſiti uum non ſentiunt: ſuper autem carnem poſita ſentiunt. Quare medium tactui eſt caro.

Prima demonſtratio ⁊ expō.

¶Et vniuerſaliter videtur ꝙ caro et lingua eſt ſicut aer ⁊ aqua in viſu ⁊ auditu ⁊ olfatu. Et ſic eſt diſpoſitio eorum apud ſenſum ſicut diſpoſitio vniuſcuiuſqȝ illorum duorum. Sed ipſum ſentire cum tetigerit non cadit illic: neqȝ hic ſenſus. Uerbi gratia ſi ali quis poſuerit aliquod corpus album ſuper viſum medium. Di camus igitur ꝙ manifeſtum eſt ꝙ ſenſus tactus eſt interius: et ſi non eſſet hoc: contingeret in eo quod contingit in alijs: quod cuȝ

ponerectur ſuper ſentiēs nō ſentiet.caro aūt ſentit cū fuerit poſitū ſuper eam.Unde cōſequitur vt caro ſit medium in tangente.

Cum declarauit modū ſm quem dicit ꝙ aqua ⁊ aer ſunt media in tactu ſi debeant dici media:reuerſus eſt ad dicendū illud qd eſt mediū in rei veritate in hoc ſenſu.ſ.illud qd eſt impoſſibile vt ſine eo ſentiat iſte ſenſus: et eſt caro cuius proportio ad ipſum eſt ſicut proportio aque ⁊ aeris ad alios tres. Et.d.⁊ vl'r videtur ⁊c.i.⁊ vl'r opinādū eſt ꝙ caro ⁊ lingua ſunt tactui ⁊ guſtui:ſicut aer ⁊ aqua viſui ⁊ auditui ⁊ olfatui. D.d.ſicut eſt diſpoſitio eorū apud ſenſus ⁊c.i.⁊ diſpoſitio carnis ⁊ lingue apud tangēs ⁊ guſtant ſit ſicut diſpō aque ⁊ aeris apud tres ſenſus. D.d.ſed ipſum ſentiens cum teti gerit ⁊c.i.⁊:in oībus cū ſuper ſentiēs ipſum fuerit poſitū ſenſibile a nō ſentiet:vl nō:aut ſi ſentiet,male:vt accidit cū ſuper viſum fuerit poſitū aliqd corpus albū. D.d.aliā demonſtrationē ſ'a p̄dicta ꝙ caro b eſt q̄ſi mediū nō quaſi inſtrumentū:⁊.d.dicamus igitur ꝙ manifeſtū eſt ⁊c.i.⁊ manifeſtū eſt ꝙ ſenſus tactus eſt intra carnē:⁊ ꝙ caro nō eſt quaſi primum inſtrumētū ei:qm̄ ſi ita eſſet cōtingeret in eo qd cōtingit in aliis.ſ.ꝙ cū ſenſibile eſſet poſitū ſup carnē nō ſentiretur a virtute tāgibili:quēadmodū color cū fuerit poſitus ſuper viſū nō ſentietur. Modo aūt qꝛ videmus ꝙ virtus tāgibilis nō ſentit niſi qñ tangibile fuerit poſitū ſup carnē:neceſſe eſt vt caro ſit mediū nō inſtrumentū. Et hoc qd dixit manifeſtum eſt per ſe:qm̄ hoc ꝙ tres ſenſus indigent medio aut eſt qꝛ accidit ſuis ſenſibilibus ꝙ ſunt remota ab eis:aut qꝛ impoſſibile eſt vt recipiāt ſua ſenſibilia:niſi ſint prius in medio:vt plura videntur cōtraria.ſ.ꝙ nō transferuntur ad extrema niſi prius transferant ad mediū.⁊ ſi hoc eſſet,ꝑpter hoc ꝙ ſenſibilia ſunt remota:contingeret vt ſentirent qñ eſſent poſita ſuper eos:tunc enim nō indigent medio ſed nō ſentiunt.ergo nō indigent medio niſi propter ipſum ſentire. Et quia hoc accidēs nō poteſt attribui vni eorum eſſentialiter:cum cōe ſit eis: remanet igitur vt hoc ſit eis cōe per naturā cōem tribus ſenſibus:ſed nulla natura cōmunis eſt cā in hoc accidente:niſi hoc ꝙ ſunt ſenſus:ergo indigentia medij ad ſenſus eſt eis in hoc ꝙ ſenſus nō ſm ꝙ quidam ſenſus. Ergo omnis ſenſus neceſſario indiget medio in ipſo ſentire. Nota ꝙ medium eſt in iſtis tribus ſenſibus tm̄:qꝛ ſenſibilia eorum ſunt remota:⁊ ſputat Alexā.qñ ſi ita eſſet cōtingeret ꝙ cū eſſent poſita ſuper eos vt ſentirent. Et hoc qd dixit Alex.contradicēdo huic opinioni.ſ.ꝙ ſi caro eſſet quaſi medium cōtingeret vt ſub carne eſſet aliqd mēbrū per qd fieret iſte ſenſus: ⁊ illud neceſſario eſſet vnū:ſi iſte ſenſus eſſet vnū aut plura:⁊ ſi plura nihil eſt. Jam eñ apparuit poſt Ari.in tpe eius.ſ.ꝙ in aīalibus ſunt quedam corpora que dicuntur nerui ⁊ hñt introitū in ſenſum ⁊ motū.qd igitur apparuit Ari.ratione manifeſtum eſt poſt ſenſu.⁊ nihil eſt hoc qd dicūt poſteriores peripathetici.ſ.ꝙ nerui non hñt introitū in ſenſum tactus eſt .n.ſermo Ari.in propinqua potentia:⁊ eſt etiam ſenſibilis.

116

E. a Sēſibile poſitū ſupra ſēſū ñ ſentit. Jō. z.t.ↄ.98. ⁊ q̄ ibi.

b Caro ē mediū nō organum ſeu inſtrū tact⁹.ſ3 oppoſitū dicit Cō.i li. de ſenſu e ſenſa.⁊.2. colligз.c. d iuuamētis carnis ⁊ i.c.de iuuamentis ſenſ⁹ tact⁹ Notãnz Alex.

Jō.z.2.

Tangibiles quidem igitur ſunt differentie corporis ſecundum ꝙ corpus. Dico autem differentias quibus elementa determināt calidum:frigidum:humidum:⁊ ſiccum :de quibus prius dictum eſt in his que de elementis. Senſitiuum autem ipſarum quod tactiuum:et in quo ſenſus vocatus tactus eſt:primo pars ea ſane eſt que eſt potentia huiuſmodi.

Tangibilia autem ſunt differentie corporis ſm ꝙ eſt corpus. Et dico differentias quibus determinantur elementa.ſ.calidū:⁊

prim⁹ſen frigidum:ꝛ humidum:ꝛ ſiccum. Et ſunt ille de quibus locuti fui
ſus tact⁹ē mus apud ſermonem de elementis. ¶ Illud autem quod eſt ſen
Idē.8.16 tiens:ꝛ tangens:ꝛ in quo eſt primus ſenſus qui dicitur tactus:eſt
ꝛ.31.17.et membrum quod eſt in potentia talis diſpoſitionis.

117 ¶ D.ꝛ tangibilia ſunt differentie corporis ſm ꝙ eſt corpus.i.tangibilia vlr
3.de aīa. ſunt dr̃e exñtes in omnibus corporibus.ſ.cões omnibus corporibus gene
67.ꝛ.68. rabilibus ꝛ corruptibilibus.D.d.ꝛ dico dr̃ias ꝛc.i.ꝛ intelligo per differen-
tias:differentias vniuerſales a quibus nullũ corpus fugit:ꝛ ſunt prime dif
ferentie exñtes in quatuor elementis.ſ.calidum ꝛ frigidũ:ſiccũ ꝛ humidũ:
In.2.de ꝛ q̄ fiunt ex eis vt aſperum ꝛ durum:ꝛ alie differentie tangibiles ꝛ que ſunt
ge.ꝛ cor. coniuncte cum eis:vt graue ꝛ leue.D.d.de quibus prius fuim⁹ locuti apd
t.c.8.ꝛ.16 ſermonem de elementis.ſ.in libro de generatione ꝛ corruptione:illic enim
declarauit modos tangibilium primos ꝛ ſecundos.

2 ¶ D.d.illud aũt quod eſt ſentiens ꝛc.i.illud autem quod ſentit has differē
tias eſt membrum quod eſt in potentia he differentie.i.illud quod innatū
eſt perfici per has dr̃ias:ꝛ opinandũ eſt ꝙ hoc eſt caro aut nerui.

¶ Sentire enim quoddam pati eſt:quare faciens tale illud facit:cum ſit potentia:quale eſt ipſum actu. Unde ſimiliter calidum ꝛ frigidum:aut durum ꝛ molle non ſentimus:ſed excellentias tã ꝗ ſenſu velut medietate quadam exiſtente eius que in ſenſibilibus cõtrarietatis:ꝛ ꝑpter hoc diſcernũt ſenſitiua ſenſibilia. Mediũ aũt diſcretiuũ eſt. Sit em̃ ad vtrũq; ipſorũ alterũ vltimorū.

¶ Sentire em̃ eſt aliquod pati quoquomodo. Unde neceſſe eſt vt illud quod agit ſibi ſimile in actu:non agat niſi illud quod eſt in potentia. Et ideo calidum non ſentit ſimile:neq; frigidum:neq; durum:neq; molle:ſed ea que ſunt intenſiora. Senſus enim q̄ſi eſt medium inter contrarietatem in ſenſibilibus. Et ideo diſtinguit ſenſibilia a ſenſibilibus. Medium enim diſtinguit: efficitur enim apud vtrumq; equaliter.

118 ¶ Cum dixit ꝙ primũ ſentiens eſt illud quod eſt in potentia iſte differen-
tie incepit declarare hoc. ¶ Et.d.ſentire enim ꝛc. ideſt ſentire enim q2 eſt
aliqua paſſio ſecundum modum dictum:ꝛ omne patiens habet agens:et
omne agens agit ſibi ſimile in actu ideſt neceſſe eſt vt non agat ſibi ſimi-
le in actu niſi ex aliquo quod eſt ſibi ſimile in potentia non in actu. D.d.ꝛ
ideo calidũ nõ ſentit ſibi ſimile ꝛc.i.ꝛ q2 agens nõ agit in eo qđ eſt ſibi ſimi
le in actu:ſed in potẽtia:ideo neceſſe eſt vt membrum ſentiens non ſentiat
corpus calidum ſibi equale in frigore:ꝛ ſimiliter de duro ꝛ molli.

2 ¶ D.d.cãm in hoc ꝛ.d.qm̃ ſentiẽs eſt q̄ſi mediũ ꝛc.i.ꝛ ſenſus tactus cõpre-
B hendit tm̃ intẽſiora ex rebus tãgibilibus ecõtrario ſuis ſenſibilibus:quia
Documē ſenſus tactus inueniť in aliquo qđ eſt mediũ inter cõtrarietatem aliquam
tum. in ſenſibilibus:cũ impoſſibile eſt vt aliqđ corpus denudetur a q̄litatibus
Impoſſe ē tãgibilibus ecõtrario alijs qualitatibus ſenſibilibus. ¶ Et intelligo ꝙ ſen
ſeſũ tact⁹ ſus tactus impoſſibile eſt vt careat ſimpliciter calido:ꝛ frigido:ꝛ ſicco:et
carere ſim hũido:ſicut fuit in viſu colore ꝛ in auditu carere ſono:ꝛ tõ ille ſenſus cõpre
plr calo ꝛ hẽdit ſua ſenſibilia ſm totũ:ſenſus aũt tactus cõprehendit extrema. ¶ D.
frigido ꝛ d.ꝛ ideo diſtinguit ſenſibilia:mediũ em̃ diſtinguit ꝛc.i.ꝛ ideo ſenſus tact⁹
ſicco ꝛ hũi diſtinguit ꝛ cõprehendit ſenſibilia:q2 eſt medium.mediũ.n.diſtinguit q2
do: ſicut recipit vtrũq; extremũ ꝛ aſſimilatur ei:ꝛ efficitur cum eo idem.

¶Et oportet ſicut debens ſentire album ⁊ nigrum neutrum ip= viſus co=
ſorum eſſe actu:potentia vero vtrumq;:ſic autem ⁊ in alijs:⁊ in lore ⁊ au=
tactu:neq; calidum neq; frigidum. dit' ſono.
¶Et oportet ſicut diximus vt illud quod eſt innatum ſentire al Idē infra
bum ⁊ nigrum ſit neutrum:ſed vtrumq; in potentia:⁊ ſic de alijs cō. ſeqnti.
in tactu debet eſſe:neq; calidum neq; frigidum. ⁊.3. de ala cō.66.

¶Et queadmodū op; vt illud qd innatū eſt ſentire albū ⁊ nigrū ſit neutrū 119
ſ; vtrūq; in potētia:⁊ ſic in vnoq;q; ſenſu.ſic etiā op; vt tāgēs ſit neq; calīm neq; frigidū ſm mediū q eſt potis in eo.ſ.vt iſta ſunt in eo ſm mediū aut ꝓpe:cū impoſſe eſt vt denudet ab eis oino:ſicut fuit poſſe in illis alijs.ſ.vt denudet a ſuis ſenſibilib'.¶Et debes ſcire q illd qd ſeqtur ex hoc inſtro iſti' ſenſus:illud idē cōſequit in medio:nō poſſum' dicere q caro inſtrm iſtius virtutis ſecūdum q eſt media inter cōtraria ſicut exiſtimauerunt plures.

¶Amplius autē ſicut viſibilis ⁊ inuiſibilis erat quodammodo Documē=
viſus:ſimiliter autem ⁊ reliqui oppoſitorū:ſic ⁊ tactus tāgibilis tum
et intangibilis. Intangibile autem eſt paruam omnino habens differentiam tangibilium vt paſſus eſt aer:et tangibilium excellentie:ſicut corruptiua.

¶Et quemadmodum viſus eſt quoquomodo rei viſibilis et nō viſibilis:⁊ ſimiliter de alijs:ſic eſt tactus tangibilis:et non tangibilis. Et non tangibile eſt illud in quo eſt de diſpoſitione tangibilium aliquid valde modicum. Sicut aer:aut valde intenſum: ſicut corrumpentia.

¶Cū notificauit ſenſus tactus ⁊ nām rerū tāgibiliū:⁊ quo ſit tactus:⁊ per 120
quot reuerſus eſt ad dicēdū aliqd cōe oibus ſenſib'. Cōprehēdūt ei alterū duorū oppoſitorū eſſentialr ⁊ alterū accñtalr.¶Et dixit.⁊ queadmodū viſus ⁊c.i.⁊ queadmodū viſus cōprehēdit viſibile ⁊ nō viſibile quoquomodo:ſicut etiā alij ſenſus cōprehēdūt priuationes ſuorū ꝓpriorū ſenſibiliū: ita ſenſus tactus cōprehēdit tāgibile ⁊ non tangibile: ⁊. d. quoquomodo: quia non eodem modo comprehendit habitum ⁊ priuationem. 2

¶D.poſuit ſm qt modos dicitur nō tāgibile:⁊ dixit.⁊ nō tāgibile eſt illud in quo eſt ⁊c.i.⁊ nō tangibile dicitur duobus modis :quorum vnus eſt illud in quo exiſtit de qualitatibus valde modicū:ſicut eſt de aere continente nos.⁊ alterum eſt illud in quo exiſtit de qualitatibus tangibilibus valde intenſum ⁊ corrumpens ſenſum: vt ignis ⁊ glacies.

¶Capitulum decimūſecundū

Secundum vnunquemq; quidem igitur ſenſuū dictum eſt figuraliter. Oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu accipere. Quoniā quidē ſuſceptiuus eſt ſpecierum ſine materia: vt cera annulli ſine ferro ⁊ auro recipit figuram. Accipit autem aureum aut eneum ſignum: ſed non inquantum aurum aut es. Similiter autem et ſenſus vniuſcuiuſq; ab habente colorē:aut humorem:aut ſonum patitur:ſed nō inquantum vnumquodq; illorum dicitur :ſed inquantum hmōi eſt:⁊ ſecundum rationem.

¶In vnoquoq; ſenſuum dictum eſt ſecūdū deſcriptionē. Et di=

cedẽdũ eſt vniuerſaliter de omni ſenſu: ꝙ ſenſus eſt recipiẽs formas ſenſibilium ſine materia. U. g. ꝙ cera recipit formam annuli ſine ferro aut auro: ⁊ recipit ſignum quod eſt ex cupro aut ex auro: ſꝫ non ſecundum ꝙ eſt cuprũ aut aurũ. Et ſilr̃ vnuſqſqꝫ ſenſuũ patitur ab hñte colorẽ aut saporẽ aut ſonũ. ſꝫ hoc nõ ſm ꝙ vnuſqſqꝫ eorũ dicitur: ſed ſm ꝙ eſt in hac diſpoſitione ⁊ intentione.

Intentio coloris alia eſt a colore. ib. 3. c. 76 97.

121 Intẽdit ſm deſcriptionẽ. i. vlr̃. In libro. n. de ſenſu ⁊ ſenſato loquitur de iſtis particulariter. ⁊ d. ⁊ dicẽdũ eſt de oĩ ſenſu ⁊c. i. ⁊ opinandũ eſt ꝙ receptio abſtracta a mã: ſi. n. recipiet eas cũ mã tũc idẽ eſſe haberet in aĩa ⁊ extra aĩaꝫ: ⁊ iõ in aĩa ſunt intẽtiões ⁊ cõprehẽſiones: ⁊ ex aĩaꝫ nõ ſunt cõprehẽſiones neqꝫ intẽtiones: ſꝫ res mãles q̃ nõ ſunt cõprehẽſe oĩno. D. d. U. g. ꝙ cera recipit ⁊c. i. ⁊ iſta receptio q̃ eſt in ſenſibus abſtracta a mã ſilis eſt receptioni cere ad figurã annuli. Recipit. n. eã ſine mã: cũ eodẽ modo recipiat eã ſiue fuerit ferri: ſiue auri: ſiue cupri. D. d. ⁊ ſilr̃ vnuſqſqꝫ ſenſuũ patitur ⁊c. i. ſi ſm hunc modũ patiꝛ̃ vnuſqſqꝫ ſenſuũ ab eis a q̃bus innatus eſt pati: ſiue colore: ſiue ſono: ſꝫ nõ patiꝛ̃ ab eo ſm ꝙ eſt color aut ſonus. Quoniã ſi ita eſſet cõtingeret ꝙ cũ reciperet ipſum eſſet color aut ſonus non intẽtio ⁊ hoc intẽdebat cũ dixit: ſed nõ ſm ꝙ dicitur vnuſquiſqꝫ ſed ſm ꝙ eſt intẽtio. Intentio enĩ coloris alia eſt a colore. ⁊ dixit ſm ꝙ eſt in hac diſpoſitione ⁊ intentione obſeruãdo ſe ab intentionibus a quas recipit intellectus: ille enim ſunt vniuerſales: iſte autem ſunt particulares.

a. Intẽtiones q̃s recipit ſẽſus ſunt pticulares: ſꝫ ille q̃s recipit itellꝰ ſunt vlẽs. Idẽ. j. cõ. 149. ⁊. 3. 8 aĩa. 4. 5. 18. 19. 28. ⁊. 30.

Senſitiuum aũt primuꝫ eſt in quo hmõi potentia eſt: quidem igitur idẽ ſꝫ eſſe alterũ eſt: magnitudo quidem enim quedam erit quod ſenſus patitur: non tamen ſenſitiuo eſſe. Neqꝫ ſenſus magnitudo eſt. ſed ratio quedam ⁊ potentia illius.

Et qđ eſt potẽtia eſt primũ ſentiẽs. Sunt igitur idẽ: in eſſe autẽ diuerſa. Illud. n. qđ ſentit eſt aliqua magnitudo: ⁊ non ſm ꝙ ſentitꝛ. Neqꝫ ſenſus magnitudo: ſꝫ intẽtio ⁊ virtus illius.

122 Et ꝙ recipit iſtã virtutẽ q̃ eſt intẽtio abſtracta a materia eſt primũ ſentiens: ⁊ cũ recepit eã efficietur idẽ: ſed in nũero differũt. Illud. n. quod ſentit eſt aliqđ corpus: ⁊ non ſentit qđ eſt corpus: neqꝫ ſenſus eſt corpus ſꝫ intẽtio ⁊ potentia illius corporis: quod eſt primum ſentiens.

Manifeſtũ aũt ex his: ⁊ pp qđ excellẽtie ſenſibilium corrũpũt ſenſitiua. Si nãqꝫ ſit fortior ſenſitiuo motꝰ: ſoluiꝛ̃ rõ. Hoc aũt erat ſenſus ſicut ⁊ ſimphonia. ⁊ tonus: percuſſis fortiter chordis.

Et manifeſta eſt ex hoc cã pp quã ſenſibilia intẽſa corrũpunt inſtrumẽta ſenſuum. Quoniã qñ motus ſentientis a ſenſibili fuerit fortiores diſſoluetur ſua intentio ⁊ hoc erit ſenſus: ſicut diſſoluiꝛ̃ conſonantia chordarum ⁊ neumata cum tanguntur fortiter.

123 D. ⁊ ex hoc qđ diximus ꝙ ſenſus eſt intẽtio declarabiꝛ̃ cã pp quã ſenſibilia intẽſa corrũpũt inſtrã ſenſuũ: quoniã qñ motus ſentiẽtis a ſenſibili fuerit fortior q̃ꝫ ſentiẽs poſſit tolerare diſſolueꝛ̃ illa intẽtio p quã ſentiẽs eſt ſentiẽs: ⁊ remanebit corpus ſine illa intẽtione: q̃ eſt ſenſus: ſicut diſſoluiꝛ̃ cõſonãtia chordarũ ⁊ neumata vel nete eorũ q̃ ſunt intẽtio exiſtẽs in eis: qñ fortiter tanguntur ⁊ mouebunꝛ̃ motu fortiori q̃ꝫ motu quẽ poſſunt tolerare.

Et propter quid plante non ſentiunt habentes quandam partem animalem: et patientes a tangibilibus: et namqꝫ frige-

ſcunt ⁊ caleſcunt. Cauſa enim nõ habere medietatem neq; huiuſ modi principium poſſibile recipere ſpecies ſenſibilium. Sed pa⸗ti cum materia.

¶ Et cauſa propter quam vegetabilia non ſentiunt: ⁊ in eis eſt aliqua pars animata: ⁊ recipit paſſionem a tangibilibus: q2 cale fit ⁊ infrigidatur. Cauſa enim in hoc eſt q2 non habet medium: neq; principiũ per quod poteſt recipere formas ſenſibilium.

¶ Laborat in hoc ſermone ad dandũ cauſam ꝑꝑ quã vegetabilia non hñt ſenſum tact9: lʒ habeãt aĩam nutritiuã: ⁊ etiã patiunt̃ a tangibilib9: ⁊ cale⸗fiũt ⁊ infrigidant̃: ⁊ intẽdit ꝑ aliquã partẽ aĩatã aĩaʒ nutritiuã. ¶ Et dicit cauſa eñi in hoc eſt q2 nõ hñt mediũ ⁊c. i. cauſa eñi in hoc nihil aliud eſt ni ſi q2 vegetabilia nõ hñt mediũ quaſi carnẽ: neq; tale principiũ ꝑ qđ aĩalia poſſũt recipe formas ſenſibiliũ. Et cũ declarauit ꝙ a tãgibilib9 patit̃ aliqđ qđ nõ cõprehẽdit ea: icepit narrare ꝙ ecõtra eſt de aliis ſenſibilib9 ſenſuũ. 124

¶ Dubitabit autem aliquis ſi patiatur aliquid ab odore: ꝙ im⸗poſſibile eſt olfatum habere: aut a colore non poſſibile videre. Si militer autem ⁊ in aliis. Si autem olfatibile odor ſi aliquid facit olfatum: odor facit. Quare impoſſibilium olfatum habere nihil poſſibile pati ab odore. Eadem autem ratio ⁊ de aliis. Neq; poſ ſibilium: ſed inquantum vnumquodq; ſenſitiuum.

¶ Sed non patitur ab odoribus quod non poteſt olfacere: neq; a coloribus qđ non poteſt videre: ⁊ ſic de aliis. Si igitur eſt odor contingit vt omnis res que facit olfacere facit per odorem. Unde neceſſe eſt ꝙ nihil ex eis que nõ poſſunt olfacere patitur ab odo⸗re. Et iſte ſermo de aliis: neq; etiam aliquid ex eis que poſſunt ni ſi ẜm ꝙ quodlibet eorum eſt ſentiens.

¶ Ideſt: ⁊ lʒ aliqđ qđ ſi eſt innatũ tãgere patit̃ a tãgibilib9: tñ nõ patit̃ ab odorib9 paſſiõe ꝓpria odorib9. i. ẜʒ ꝙ eſt odor niſi illud qđ põt facere. Nec patit̃ a colorib9 paſſione propria colorib9 ẜm ꝙ eſt color. niſi illud ꝙ põt videre: neq; a ſono niſi illud qđ poteſt audire. D. d. ⁊ ſic de aliis. ¶ Et hoc facit exiſtimare ꝙ ſapor eſt hui9 diſpõnis: ſed ipſe dicet poſt ꝙ quidã patit̃ a ſapore qđ nõ eſt inatũ ſentire ipʒ: ⁊ forte fecit hoc q2 eſt loc9 dubitatiõis 125

¶ D. d. ſi igit̃ olfat9 eſt ⁊c. i. ſi igit̃ nã olfatib9 q̄ nõ exiſtit niſi in olfaciente. ſit odor ipſe nõ intẽtio cõparata q̄ cõtingit odori: manifeſtũ eſt ꝙ odor fa cit olfacere omne olfatũ: ⁊ omne in quo odor agit ẜm qđ eſt olfat9 eſt olfa⸗ciens: qm̃ ſi eſſe odoris nõ eſt niſi ẜm ꝙ eſt olfat9: ⁊ olfatũ nõ inuenit̃ niſi ĩ olfaciẽte: manifeſtũ eſt ꝙ omne qđ patit̃ ab odore eſt olfaciẽs. D. d. Uñ ne ceſſe eſt ⁊c. i. ſi igit̃ omne olfaciẽs patit̃ ab odore: ⁊ omne ꝙ patit̃ ab odore eſt olfaciẽs: neceſſe eſt ẜm cõuerſionẽ oppoſiti: vt qđ nõ eſt olfaciẽs nõ pa⸗tiatur ab odore. Et ipſe nõ propalauit in ſermone niſi poſtremũ ꝯñs. ⁊ pri muʒ principiũ ex quo cõſequebat̃. ſ. ꝙ ſi odor eſt relatiuus. i. olfat9 neceſſe eſt vt olfatũ ſit olfaciẽtis. et nõ propalauit propoſitionẽ dicentẽ ꝙ omne qđ patitur ab odore eſt olfaciẽs: neq; propalauit cõuerſionẽ ſui oppoſiti. 2

¶ Et q̄ſi opinat̃ ꝙ tact9 eſt aliqđ ꝯtingẽs reb9 ꝯtrariis tãgibilib9: ⁊ nõ opinat̃ ꝙ olfatibile eſt aliqđ cõtingẽs odori: neq; viſibile colori: ſʒ opinat̃ ꝙ olfa⸗tũ ẽ. q. ipẽ odor: ⁊ viſibile ipẽ color: ⁊ audibile ipẽ ſon9. Et iõ fuit nec̃e apđ ipm vt oẽ qđ patit̃ ab odore ſit olfaciẽs: ⁊ a colore vidẽs: ⁊ a ſono audiẽs. 3

Et nō fuit neceſſe vt omne qđ patiť a tāgibili ſit tangēs: ⁊ hoc indiget magna inq̄ſitione. Ipſe eñ quaſi opinať ꝙ ſenſuū q̄dā ſunt in cap. relationis ⁊ quidam ſunt in capitulo actionis ⁊ paſſionis per ſe: ⁊ accidit eis relatio.

Ariſt. opinať ꝙ ſenſuū q̄daꝫ ſunt i ca. relōnis ⁊ q̄dā ſunt i ca. actionis ⁊ paſſiōis ꝑ ſe. Uide .ſ. 2. ſeq. t. ca. 140. et 143.

¶ Similiter autem manifeſtum eſt et ſic: neqꝫ enim lumen et tenebra: neqꝫ ſonus: neqꝫ odor quicq̄ꝫ facit in corpora: ſed ea nimirum in quibus ſunt ipſa: vt aer qui cum tonitruis ſcindit lignuꝫ. Sed tangibilia et ſapores agunt. Si enim nō: a quo vtiqꝫ patiētur inanimata: et alterabuntur.

¶ Et cum hoc manifeſtum eſt hoc modo. Neqꝫ eniꝫ lux: neqꝫ obſcuritas: neqꝫ ſonus. neqꝫ odor: agunt aliquid in corporibus: ſed ea in quibus ſunt iſta. Verbi gratia ꝙ aer in quo eſt tonitruum findit lignum. ſed tangibilia et ſapores agunt: quoniam ſi non agunt: quibus igitur patiuntur et alterantur corpora nō animata: ex illo etiam patiuntur.

a Sonꝰ q̄ſi eſt in .c. ad aliq̄d nō in q̄litate. ſꝫ tāgibilia et ſapores magꝭ ſūt i .c. agere ⁊ pati. q̄ꝫ i c. relōnis

126 ¶ Idest ⁊ cū in hoc ſermone predicto declarauimꝰ hoc de ſenſibilibꝰ manifeſtū eſt ꝑ ſe. Apparet eñ ꝙ neqꝫ lux: neqꝫ obſcuritas: neqꝫ odor neqꝫ color agūt aliquid in corporibꝰ: ſed nō agūt niſi in rebꝰ i quibꝰ ſunt iſti ſenſus. D. d. V. g. ꝙ aer in quo eſt tonitruū findit lignū: ſed ſonus qui eſt tonitruū nō eſt ipſe motus quē lignū recipit a motu aeris: ſed ſonus a eſt intentio que nō inueniūtur niſi in audiente ⁊ quaſi eſt in capitulo ad aliquid: non in qualitate: ⁊ ſimiliter odor apud ipſum eſt: ſm ꝙ expoſuimꝰ. D. d. ſed tangibilia ⁊ ſapores ⁊c. i. ſed tangibilia ⁊ ſapores magis ſunt in capitulo de agere ⁊ pati: q̄ꝫ in capitulo relationis. qm̄ ſi ab eis nō patiť niſi qđ hꝫ ſenſum guſtus ⁊ tactus: a quo igitur patienť alia corpora nō aīata. Cōtingit eñ agere ⁊ pati nō eſſe: qđ eſt impoſſibile. ¶ Et hoc qđ dixit in tangibilibꝰ

M eſt manifeſtū: ſed in ſaporibus indiget cōſideratione. Poteſt eñ aliq̄s dicere ꝙ ſapor eſt ipſum guſtabile ſicut odor eſt ipſum olfatū: ſed videmꝰ vt dicit Plato qđ ſapores habent in corporibus nō aīatis paſſiones diuerſas additas calefactioni ⁊ infrigidationi. V. g. exaſperare quod eſt pontica: et letificare quod eſt vnctuoſi: ⁊ alia multa que ſunt dicta in Thimeo: que Galenus laborat exponere. Iſte igitur actiōes vtrum ſint ſaporis aut ſint de ſapore quaſi motus aeris de ſono indiget conſideratione. ¶ Sed accepit hic ꝙ ſapor eſt modus tangibilis cum ſit ſimilis ei.

¶ Ergo ne et illa faciunt: aut non omne corpus paſſiuū ab odore et ſono et patientia indeterminata ⁊ non manent vt aer. Fetet enim ſicut patiens aliquid. Quid igitur odorare. preter pati aliquid aut odore ſentire eſt. Aer autē patiēs hec mox ſenſibilis fit.

¶ Dicamus igitur ꝙ non omne corpus eſt innatum pati a ſono: et ab odore: et quod patitur non eſt determinatum neqꝫ permanens. Verbi gratia aer enim eſt ventus et propter hoc patitur. Que igitur eſt differentia inter olfacere et pati? Dicamus igitur ꝙ olfacere eſt ſentire: et cum aer patitur velociter ſit ſenſatus.

127 ¶ Cum declarauit ꝙ non patitur ab aliquo triū ſenſibiliū niſi ſenſus proprij eis: incepit dare differentiā inter paſſionē corporū mediorū ab eis ⁊ inter paſſionem rerum a tangibilibus. ¶ Et dixit. Dicamus igitur ꝙ nō omne corpus ⁊c. i. ⁊ ſi aliquis finxerit ꝙ corpora patiuntur a ſono ⁊ ab odore: ⁊ dederit rationem ſuper hoc de paſſione aeris: et aque ab eis. dicemus ei

ꝙ non omne corpus eſt innatū pati a ſono ꝛ ab odore. Non enim patitur ab eis ex corporibus niſi illud quod eſt non determinatū .i. in ſe.i. nō habēs figurā: neq; propriā conſtitutionē. Uerbi gratia: aer enim non patitur ab eis niſi quia eſt ventus: ꝛ ventus eſt corpus non determinatū neq; fixum. Corpora enim que patiuntur a tangibilibus ſunt determinata ꝛ fixa. ¶ Deinde dixit: que igitur eſt differētia inter olfacere ꝛ pati: idest ſi igitur aliquis queſiuerit ꝛ dixerit cum olfacere ſit paſſio ꝛ receptio odoris a me- 2
dio ſit paſſio etiā. Que igitur eſt differentia inter vtrāq; paſſionē. dicemus ei qꝺ cum aer patiatur velociter a ſenſibili efficitur per hanc paſſionē ſenſatum illi ſenſui. Senſus autē ſit per hanc paſſionē ſentiens non ſenſibile.

¶ Capitulum primum.

Quod autem nō ſit ſenſus alius preter quinq;. Di
co autem hos viſum: auditū olfatum: guſtum: ꝛ A
tactum: ex his credet aliquis. Si igitur enim omnis cuius eſt ſenſus tactus: et hunc ſenſum habemus. Omnis enim tangibilis inquantum tangibile paſſiōes tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceſſe eſt ſiquidē deficit aliquis ſenſus: et organū aliqꝺ nobis deficere. ¶ Quoniam autem non eſt alius ſenſus preter iſtos quinq; ſcilicet viſus: et auditus: et olfatus: ꝛ guſtus: ꝛ tactus ex iſtis creditur. Quoniam ſi omne quod poteſt tactus ſentire poſſum⁹ nos ſentire. Quoniam paſſiones tangibilis ſm ꝙ eſt tāgibile omnes ſunt ſenſibiles a nobis per tactū. Et neceſſe eſt ſi nobis deficiat aliquis ſenſus vt deficiat nobis aliquod ſentiens.

Cum compleuit ſermonē de vnoquoq; ſenſuum quinq; exiſtētium in
animali perfecto: incepit declarare qꝺ impoſſibile eſt inuenire 128
animal habens ſextum ſenſum. ¶ Et.d. Quoniā autē non eſt alius ſenſus ꝛc. idest quoniā autē impoſſibile eſt inuenire animal habens ſenſum ſextū preter iſtos ſenſus exiſtentes in homine ꝛ in animali perfecto ex illis demonſtrationibus creditur. Deinde incepit declarare hoc: ꝛ dicit quoniā ſi omne quod tactus poteſt ꝛc. idest quoniam manifeſtum eſt quod omne quod ſenſus tact⁹ poteſt cōprehendere ex ſenſibilibus nos poſſumus cōprehendere: ꝛ nihil deficit nobis ex eis que innata ſunt cōprehendi ab hoc ſenſu: ꝛ ſimiliter de vnoquoq; ſenſuū ſcilicet qꝺ nō deficit nobis in aliquo animali habenti iſtum ſenſum aliquod ſenſibiliū: que innata ſunt comprehendi ab eo: ita ꝙ nullus poteſt dicere qꝺ poteſt inueniri aliquis tactus in animali qui comprehendit tangibile: quod nos non poſſumus cōprehendere. Manifeſtum eſt enim per ſe ꝙ omnes qualitates tangibiles ſecundū ꝙ ſunt tangibiles ſunt ſenſibiles a nobis ꝛ cōprehenſe per tactum. Et ſimiliter eſt de qualitatibus viſibilibus ꝛ audibilibus ꝛ olfatiuis. ¶ Et cum poſuit hunc ſermonem quaſi antecedens induxit conſequens: ꝛ dicit ꝛ neceſſe eſt ſi deficit a nobis aliquis ſenſus ꝛc. idest. ꝛ cum poſuerimus qꝺ iſti quinq; ſenſus nō deficiunt nobis in animali in quo inuenitur aliquid eorum que innata ſunt comprehendi ab iſtis ſenſibus ſm ꝙ ſunt iſti ſenſus neceſſe eſt ſi deficit in nobis aliquis ſenſus: vt deficiat in nobis aliqꝺ ſentiens. Cum iam poſuerimus ꝙ iſtis ſenſibus non deficit in nobis ſentire aliquid eorum que innata ſunt ſentiri: ꝛ cum ita ſit ille ſenſus quem ponimus deficere cum non deficit propter aliquem ſenſuum exiſtentium in nobis: neceſſe eſt vt defect⁹ eius ſit ppter hoc: q: a nobis deficit ſenſus ſext⁹.

Q Manifeſtū eſt p ſe ꝙ oēs q̄litates tangibiles ſz ꝙ ſunt tāgibiles ſūt ſenſibiles a nobis ꝛ ꝯprehēſe p tactū. et ſilr eſt de q̄litatib⁹ viſibilib⁹ ꝛ audibilibus ꝛ olfatiuis.

¶ Et quecūq̨ quidem ipſi tangentes ſentimus tactu ſenſibilia ſunt quem exiſtimus habentes. Quecūq̨ vero per media: et non ipſa tangentes ſimplicibus. Dico autem vt aere ⁊ aqua. habent autem: ſic vt ſiquidem per vnum plura ſenſibilia exiſtentia altera abinuicem genere: neceſſe habentē huiuſmodi ſenſitiuū vtrorumq̨ ſenſitiuū: eſſe vt ſi ex aere eſt ſenſitiuū: et eſt aer ſoni ⁊ coloris. Si vero plura eiuſdem ſint vt coloris et aer ⁊ aqua: vtraq̨ enim diaphana: ⁊ ꝙ alterum ipſorum eſt habens ſolum: ſentiet illud quod per vtraq̨: aut ab ambobus.

¶ Et omne quod ſentimus nos tangēdo ipſum eſt viſibile a nobis per tactum qui eſt in nobis. Et omne quod ſentimus per media: non quia nos tangimus ipſum eſt per ſimplicia. Verbi gratia per aerem: aut per aquam. Et ita eſt. ſ. ꝙ ſi per vnum fiant ſenſibilia plura vno que differunt abinuicem in genere. Neceſſe eſt habens iſtum ſenſum quod ſentiat vtrūq̨. V. g. ꝙ ſi ſentiens eſt ex aere: et aer eſt ſoni: ⁊ coloris. Et ſi per plura vno fit vnum. V. gratia color per aerem ⁊ aquam: ſunt enim equales: manifeſtum eſt ꝙ habens vnum tantum ſentit quod ſentit per vtrumq̨.

129 ¶ Cum declarauit ꝙ ſi deficit in nobis aliquis ſenſus neceſſe eſt vt deficiat
aliquod ſentiens: ⁊ etiā fuit manifeſtū ex hoc ꝙ ſi deficit in nobis aliquod
B ſentiens: neceſſe eſt vt deficiat in nobis aliquis ſenſus: qui differat in gene
re a ſenſibus iſtarum virtutū: cum illis virtutib⁹ nō deficit ſentire aliquid
ex eis: que innata ſunt inueniri in eis: ⁊ ꝙ hec duo cōuertuntur. ſ. quorū
vtrū lȝ fuerit erit alterū: ⁊ ſi vnū auferatur: auferet ⁊ reliquū. Incepit de
clarare ꝙ impoſſibile eſt ſextā virtutē eſſe: q⁊ impoſſibile eſt vt ſit ſentire ex
traneū in genere ab illis ſenſationib⁹. ¶ Et hoc declarat tribus demōſtra
tionibus. Quarū prima eſt a medijs. Scda ab inſtrumētis quib⁹ fit ſentire
⁊ cauſa data in his duab⁹ demōſtrationibus eſt quaſi materialis. Tertia
autē eſt accepta a ſenſibilib⁹ ipſis: ⁊ eſt magis firma illis duabus: Cum cā
accepta in ea ſit finalis. Et incepit a demōſtratione q̄ eſt accepta a medio:
ſed tacuit quaſdā propoſitiones ⁊ cōcluſionē. ¶ Et iſta demōſtratio funda
tur ſuper propoſitiones. Quarū vna eſt ꝙ omne a qđ ſentit: aial aut ſen
tit ipſum ꝑ cōtactū: aut mediāte corpore extraneo: ⁊ oē qđ ſentim⁹ ꝑ conta
ctum: aut ſentim⁹ ipſum mediāte carne: aut ꝑ ipſam carnē ſi fuerit inſtrm.
¶ Et hoc intēdebat cū. d. ⁊ oē qđ ſentim⁹ ⁊c. i. ⁊ oē qđ ſentim⁹ nō ꝑ cōtactū:
ſed mediāte corpore extraneo: ſentim⁹ ipſum mediāte altero iſtorū duorū
elementorū: aut vtrūq̨. ſ. aqua aut aere: ⁊ hoc intēdebat cum. d. ⁊ omne qđ
ſentimus per media ⁊c. i. ⁊ cum ita ſit ſicut diximus manifeſtū eſt ꝙ neceſſa
rio ſequitur ex hoc: vt omne habēs ſenſum ꝑ carnē: aut ꝑ alterū iſtorū duo
rum elementorū: aut per vtrūq̨ nō inuenit ei de ſenſu niſi illud qđ poteſt
fieri per hec duo. ſ. per carnē: aut per mediū. Omne igitur animal nō hȝ de
ſenſibus niſi qui poſſunt fieri ꝑ hec duo. ſ. per carnē: aut ꝑ mediū extraneū.
3 ¶ Et cum declarauit ꝙ oē aial neceſſe eſt vt non ſentiat niſi per carnē: aut
per media. incepit declarare qđ ſequit ex hoc ꝙ omne aial habens aliqđ
medium ex iſtis medijs: neceſſe eſt vt habeat de ſenſibilibus ſenſibilia: qui
bus ſeruit illud medium: ⁊ reddat ea non aliud. ⁊. d. ⁊ ita eſt ſcilicet qđ ſi ꝑ
vnum. ⁊c. i. manifeſtū eſt ꝙ cum poſuerimus qđ omne animal nō ſentit ni
ſi per medium: quod eſt caro: aut aer: aut aqua. ſi per vnum iſtorū medio

a Oē aial vel ſentit ꝑ cōtactū vel ꝑ me diū extneū ſȝ ſi eſt ꝑ va diſiuncti ua mēbra nō coincidūt: ſȝ op. ptȝ. 7. ph. t. c. 12. ⁊. 8. in hoc. 2. 113. 115.

Expō prime ptis. t.

Expō ſecūde partis text⁹. Idem. 8. cōm. 76.

rum caderēt ſenſibilia plura vno in genere:neceſſe eſt vt omne animal ſen tiens per illudmediū nō habeat de ſenſibilibus niſi ea que innata ſunt red di abillo medio.ſi duo.duo ſi tria:tria. ¶Et intendebat per hoc ꝙ cum me dia ſint determinata in nūero:aut caro aut aer: aut aqua ⁊ ſenſibilia etiā q̄ reddunt iſta media ſint etiā terminata in nūero : neceſſe eſt vt virtutes ſint ſm numerum iſtorum ſenſibilium que reddunt media animalibus: que in nata ſunt ſentire per hec media:⁊ manifeſtum eſt ꝙ omne quod redditur ꝑ carnem eſt:aut guſtabile:aut tangibile : ⁊ omne quod redditur per acrem: aut aquā:aut per vtrūqꝫ eſt:aut ſonus:aut color:aut odor.Omne igit̄ ſen tire eſt:aut guſtare:aut tangere:aut audire:aut videre: aut olfacere. Documētum.
¶Deinde.d.⁊ ſi per plura vno ſint ⁊c.i.⁊ ſi per plura vno medio ſit vnum 4
ſenſibile vt color per aerem aut aquā:que ſunt equales:in hoc manifeſtū eſt ꝙ animal habens alterum eorum ſentit de ſenſibilibus ſicut quod ha bet vtrumqꝫ:⁊ intendebat per hoc ꝙ animal quod eſt in aqua debet habe re virtutes ſenſus ſm numerum virtutum ſenſus animalis quod eſt in ac re:⁊ animalis quod ſentit in aqua ⁊ in aere.

¶Simplicium autē ex duobus his ſenſitiua ſolum ſunt ex aere et aqua. Pupilla quidē enim aque. Audit⁹ vero aeris.olfatus au tem horum alterius eſt:Ignis autē aut nullius eſt aut cōis om nibus. Nihil enim ſine calore ſenſitiuū eſt. Terra vero aut nulli⁹ eſt:aut in tactu maxime miſcetur. Unde relinquitur nullum eſſe ſenſitiuum ſicut aerem ⁊ aquam. C Nihil ſine calore ſēſitiuū.

¶Et ſenſus ex ſimplicibus ſunt ex aere:aut ex aqua. Viſus eñ eſt ex aqua:⁊ auditus ex aere:⁊ olfatus ex altero iſtorum duorū. Ignis autem aut eſt nullius:aut eſt cōis eis: qm̄ nullū ſentiens eſt extra calorē. Etiā terra aut eſt nulli⁹ eorū. aut ꝑprie eſt admi xta cum tactu. Remanet igit̄ ꝙ nō eſt ſenſus extra aquā ⁊ aerē.
¶Hec eſt demonſtratio accepta ex inſtrumentis ſenſuum.⁊ dicit ⁊ ſenſus 130
ex ſimplicibus ⁊c.i.⁊ inſtrumenta ſenſuum q̄ propter ſuā naturā attribuū tur elementis ſm dominium ſunt tria tantū ſcilicet inſtrumentū qd̄ eſt ex aere.ſ.audit⁹ vt declaratū fuit prius:⁊ inſtrumentū qd̄ eſt ex aqua.ſ.viſus ⁊ tertiū eſt qd̄ fit ex vtroqꝫ.ſ.olfatus.⁊.d.in hoc ſenſu qd̄ fit ex altero iſtorū duorū.ſ.aut ex aqua:aut ex aere:qꝛ animalia que ſunt in aqua olfaciūt in aqua:ſicut olfaciunt animalia que ſunt in aere per aerem.
¶D.d.ignis autē ⁊c.i.igni autē aut nō attribuit̄ aliquis ſenſus hoc modo 2
aut attribuit̄ cōiter.Apparet eñ ꝙ nullus ſenſus poteſt facere ſuā actionē cū infrigidat̄:⁊ hoc diminute demōſtratur ꝑp que notat iterationē: ⁊ dixit hoc: qꝛ reſpect⁹ eius ad aliquid preter ignē eſt ſicut proportio alicui⁹ ad materiā:⁊ ꝑportio eius ad ignē eſt ſicut ꝑportio alicui⁹ ad ſuā formā.D. dicit ⁊ terra nō eſt alicui⁹ ⁊c.i.⁊ terra:aut nō attribuit̄ alicui inſtrumēto in ſtrumētorū iſtorū ſenſuū:cū nō videt̄ ſeruire ſenſibilib⁹ aliquo modo:aut ſi attribuit̄:attribuit̄ carni:qꝛ iſtud mediū : aut iſtud inſtrumentū indiget cōſtitutione ⁊ cōfirmatione:quapp dicit̄ in eo. D.d.remanet igit̄ ꝙ non eſt ſenſus ſextus extrinſecus ab aqua ⁊ aere:cū nō ſit corp⁹ extrinſecū ab iſtis duob⁹ corporib⁹:qꝛ impoſſibile eſt inuenire inſtrumētū ſenſus:aut ex igne aut ex terra:ſed t̄n poſſibile eſt ex aqua aut aerē:aut vtroqꝫ. Et cū materie inſtrumētoꝝ ſenſuū ſint terminate in numero neceſſe eſt vt ſenſus ſint ita. Si igitur eſſet ſenſus ſextus contingeret quintum elementū eſſe:ſenſus ei qui ſunt ex aere:aut aqua ſunt:aut viſus:aut auris:aut naſus. Idē.ſ.de gñatione 18.cōmē. Medium aut inſtr̄ʒ tact⁹ īdiget ɔſtitutiōe ⁊ ɔfirmatiōe.iō 8.ɔ.111.⁊ 2.de ptib⁹ aialiū ca.1.ct.8.

D ¶ Hoc autē ꝛ tunc quedam habēt animalia. Omnes igitur ſenſus habētur a non imperfectis: neqꝫ orbatis. Uidetur enim ꝛ talpa ſub pelle habens oculos.

Talpa vr hēre oculos ſub cute.16.j.de hiſtorijs aiali.c.9.

¶ Et hec duo ſunt in quibuſdā animalib⁹: ita ꝙ omnes ſenſus ſunt diſtincti in eis: que non ſunt diminuta: neqꝫ habent occaſionem. Talpa em̄ videtur habere oculos ſub cute.

131 ¶ Et ſenſus attributi his duob⁹ elētis nō inueniunꝛ niſi in q̄buſdā aialibus.ſ.pfectis pp meli⁹: adeo ꝙ pp ſollicitudinē nāe circa hoc oꝫ vt oēs ſenſus ſint diſtincti exñtes i aiali pfecte creatiōis qd' nō hꝫ occaſionē: ꝛ qd' ab aiali pfecto vt hoie nō deficit ſenſus. Talpa em̄ vr habere oculos ſub cute lꝫ nō videat. ¶ Et quaſi intēdit p hoc ꝙ ſi ſenſus ſext⁹ eſſet oporteret vt inueniretꝛ i hoie q̄ eſt cōpletiſſimū aialiū: eſſet ei neceſſario pp meli⁹ ꝛ hoc eſt māifeſtū de ſollicitudine nāe in dādo ſenſus aialib⁹: adeo ꝙ pp hoc dedit talpe oculos ꝛ coopit eos cute: cū nō indigeat eis i maiori pte ſue opationis: cū hoc ꝙ materia ei⁹ nō poſſet pl⁹ recipe: ꝛ ſi poſſet forte eſſet ſupfluū.

Magnitudinē ꝛ figurā motu ſētim⁹.

¶ Quare ſi nō aliquod alterū eſt corpus et paſſio que nulli⁹ eſt eorum que ſunt hic corporū: neqꝫ vnus vtiqꝫ deficiet ſenſus.

¶ Oportet igitur ſi nō eſt aliud corpus: aut paſſio que nō eſt alicuius corporū que ſunt apud nos vt non deficiat aliquis ſenſus.

132 ¶ Hec eſt tertia demōſtratio: ꝛ deficit p̄cedēs: ꝛ ſyll's ſic cōponitꝛ pfecte: ꝛ ſi ſext⁹ ſenſus ſit: neceſſe eſt corp⁹ ſenſibile eſſe aliud ab oibus corporib⁹ ſenſibilib⁹ q̄ ſentiūt quinqꝫ ſenſus ꝛ paſſionē eius ꝛ qualitatē quā ſentiēs reciperet a ſenſibilib⁹ vt qualiter per eam aliā ab iſtis qualitatib⁹: ſed nullū corpus ſenſibile eſt aliud ab iſtis corporib⁹ ſenſibilibus neqꝫ paſſio extra iſtas paſſiones. ergo nullus ſenſus eſt extra hoc ſenſus quinqꝫ.

¶ At vero neqꝫ cōmuniū poteſt eſſe ſenſitiuū aliquod propriū q̄ vnoquoqꝫ ſenſu ſentimus: non ſm accidens vt motus: ſtatus figure: magnitudinis: numeri vnius. Hec enim omnia motu ſentimus: vt magnitudinem motu: quare ꝛ figuram: Magnitudo em̄ quedam ꝛ figura eſt. Quieſcens autem in eo quod non mouetur. Numerus vero negatione continui ꝛ proprij. Unuſquiſqꝫ enim vnum ſentit ſenſus.

¶ Et etiā impoſſibile eſt vt aliud ſentiens ſit cōmunibus q̄ ſentimus niſi p vnū quinqꝫ ſenſuū accidētaliter. U.g. motui: ꝛ quieti: ꝛ figure ꝛ quātitati: ꝛ numero. Oia ei iſta ſentiūtur per motū: quapropter figura etiam. Figura enim eſt aliqua quantitas. Quies em̄ non per motū: numerus vero p negotiationē cōtinui ꝛ per eius proprietates vnuſquiſqꝫ ſenſuum ſentit vnum.

¶ Et ēt ipoſe eſt aliō ſentiēs eſſe a' q̄nqꝫ ſenſib⁹: ita ꝙ ſenſibile ei⁹ ſit aliqd' vnū ſenſibiliū cōiuꝫ ſub q̄b⁹ ſunt ſenſibilia ꝓpria vnicuiqꝫ ſenſuū q̄nqꝫ niſi ſenſibilia eēnt cōia vnicuiqꝫ ſenſuū accñtalr. ꝛ.d. hoc qꝛ ſi eēnt eis accñtalr ꝯtingeret vt eēnt alicui ſenſui eēntialr: qd' ei inuenitꝛ alicui accñtalr dꝫ inueniri alij eēntialr. D.d.v.g. mot⁹ ꝛc.i.ꝛ ſenſibilia cōia nō ſunt cōprehēſa a q̄nqꝫ ſenſib⁹ accñtalr. U.g. mot⁹ ꝛ q̄es: ꝛ figura: ꝛ q̄titas: ꝛ numer⁹. oia ei iſta ſentiuntꝛ a q̄nqꝫ ſenſib⁹ p aliā motionē ꝛ paſſionē: ꝛ qd' eſt ita neceſſe ē vt ſit eēntialr. D.d. U.g. q̄titas ꝛc.i. U.g. q̄titas ſenſus ei q̄ innati ſunt cōprehēdere eā p aliquā paſſionē ꝛ mot⁹: ꝛ ſilr eſt de figura: figura ei eſt quātitas cum

133

Qd' inuenitur alicui accñtalr dr inueniri alij eſſentialr.

titas cū aliqua qualitate. ¶ M.d. quies autē nō p motū rc.i. cōprehēſio aūt quietis eſt p cōprehēſionē priuationis mot⁹. cū eñi cōprehēderint motū eſſentialiter cōprehēdūt priuationē ei⁹ eſſentialiter.ſ. quietē. Cōprehēſio vero numeri et multitudinis a ſenſibus eſt per cōprehēſionē priuationis cōtinui quod eſt magnitudo. Et iā declaratū eſt ꝙ cōtinuū cōprehenditur eſſentialiter. ergo ꝛ ſua priuatio comprehenditur eſſentialiter.

Idem.4. phy.43. & vide oppoſitū.2. phy.cō. 48. Idē 8.c.65.

¶ Quare manifeſtū eſt: quoniā impoſſibile eſt cuiuſlibet ſenſum ꝓpriū eſſe horū vt motus. Sic eñi erit ſicut nunc viſu dulce ſentimus. Hoc autē qm̄ amborū habentes exiſtimus ſenſum: quo cū cōciderit cognoſcimus. Si vero non: nequaꝗ̄ vtiq;: ſed aut ſm accidens ſentiebamus: vt diarij filium: nō q2 diarij filius eſt: ſed qm̄ albus: huic autē accidit diarij filius eſſe. Cōmuniū autē habemus iā ſenſum cōem nō ſm accidens: nō igitur eſt propri⁹: nequaꝗ̄ eñi vtiq; ſentiremus. Sed aut ſic ſicut dictū eſt diarij filiū nos videre. Adinuicē eñi propria ſm accidens ſentiunt ſenſus. Non ſm qd ipſi ſunt: ſed ſm ꝙ vnus cum ſimul fiat ſenſus in eodem: vt cholera ꝙ amara ꝛ rubicunda. Nō enim alterius dicere qd ambo vnum. Propter quod et decipitur ꝙ ſi ſit rubicundum choleram opinatur eſſe.

Si habitus cōprehēdit eſſentialiter: ꝛ priuatio. ſed vide oppoſitū.3. c.120.

¶ Manifeſtū igitur eſt ꝙ impoſſibile eſt vt ſenſus inſtrumentū ſit ꝓpriū alicui iſtorū. V.g. motui. Eſſet eñi ſicut nos mō ſentim⁹ dulce p viſum. Et hoc fuit q2 eſt ī nobis ſenſus in quo eſt vtrūq; cū ſint ambo cōiūcta ſcit ea. Et ſi nō eſſet ita nō ſentiremus ipm niſi accidētaliter. V.g. filius Sophronici. Nos eñi nō ſentimus filiū Socratis: ſed albū. Et cōtingit huic ꝙ fuit filius Socratis. In rebus aūt cōmunibus habemus ſenſum cōmunē nō accidētaliter. Nō igitur habēt ſenſum propriū. Et niſi hic eſſet nō ſentiremus ea oīno niſi ſic: ſicut dixim⁹ ꝙ nos videm⁹ filiū Socratis Et ſenſus quidā nō ſentit ſenſibilia quorūdā niſi accidētaliter. Et iō nō eſt vn⁹: cū ſenſus fuerit inſimul ī eodē. V.g. cholera. eñi eſt amara et citrina iudiciū qd vtrūq; eſt eiuſdē non eſt alterius. Et ideo cadit error: ita ꝙ citrinū exiſtimatur eſſe cholera

¶ Et cū declaratū eſt ꝙ cōmunia ſenſibilia comprehendūtur a quinq; ſen- 134
ſibus eſſentialiter: manifeſtū eſt ꝙ impoſſibile eſt ſenſum propriū eſſe alicuius iſtorū ſenſibiliū cōmuniū. V.g. motus aut quātitatis: qm̄ ſi ita eſſet tunc ſentiremus motū aut ſibi ſimiles de ſenſibilibus cōmunibus: non per ſe ſed per mediū: ſicut cōprehēdimus per viſum hoc eſſe dulce mediāte colore. ¶ M.d. ꝛ hoc eſt: q2 eſt nobis ſenſus rc.i. ꝛ accidit nobis talis cōprehēſio.ſ. iudicare per aliquē ſenſum ſuper ſenſibile alterius ſenſus: q2 cōtingit ꝙ illi duo ſenſus fuerint cōiūcti in cōprehēdēdo illa duo ſenſibilia ex eodē aliquo tempore et cum poſt hec acciderit vt cōprehendamus per alterum duorum ſenſuum: alterū ſenſibile ex eadem re: iudicabimus per illum ſenſum ſuper ſenſibile alterius per coniunctionem precedentem. V.g. quoniā nos nō fecimus per viſum ꝙ hoc eſt dulce niſi prius acciderit nobis in aliquo tempore quod comprehendimus per viſum ꝙ mel eſt citrinū ꝛ per guſtum eſſe dulce. Cum igitur ſecundo ſentiemus ipſum per ſolum viſum eſſe

citrinum ſtatim comprehendemus ipſum eſſe dulce ꝛ mel.

2 ¶D.d.et ſi non eſſet ita ꝛc.i.et ſi non eſſet conceſſuꝫ a nobis ꝙ ſi vnũ iſtoꝝ
ſenſibilium cõiũ hñet ſenſum ꝓpriũ.contingeret vt ſentire ea eẽt ſicut ſen=
tire per viſum ꝙ hoc eſt dulce:neceſſe eſſet vt ſentire ea eẽt de gñe ſenſus q̃
proprie dr̃ accidentaliter.v.g.ſentire ꝑ viſum ꝙ iſte ẽ fili⁹ Socratis:q꞉ ſen
tiremus ipm̃ eẽ albũ:q꞉ accidit ꝙ fili⁹ Socratis fuit albus.¶D.d.cõia au
tem hñt ſenſum cõem ꝛc.i.et cum declaratũ eſt ꝙ ſi aliqđ ſenſibiliũ cõiũ hñet
ſenſum proprium:tũc ſentiref a nobis accñtalr̃:quẽadmodũ ſentimus per
viſum illum eẽ filium Socratis q̃ ẽ alb⁹:aut quẽadmodum iudicam⁹ hoc
eſſe dulce:q꞉ eſt citrinũ.¶Hec.n.duo ſunt duo modi accñtalr̃:ꝛ iã dclatuꝫ
eſt ꝙ ſenſibilia cõia ꝯprehendunf eẽntialr̃.Ergo nullũ ſenſibiliũ ꝯmuniũ
habet ſenſum ꝓpriũ:qm̃ ſi hñent ſenſum ꝓpriũ:tũc ſentiref:aut ſicut ſenti
m⁹ ꝑ viſuꝫ iſtũ filiũ Socratis:aut ſicut q̃dã ſenſus ſentit ſenſibile ꝓpriũ cu=

Amplia=
tio ꝓboꝝ
Ariſt.

3 ¶Et iſte modus eſt etiam accñtalis:ſꝫ differt a pͥmo mõ q̃ ſimpl'r (iuſdam.
dicitur accñtalis:et eſt cõprehendere ꝑ viſum iſtũ eẽ filiũ Socratis : licet
vterqꝫ numeratus ſit accñtalis:differunt.ſ.in hoc:q꞉ comprehendere per
viſum hoc eſſe dulce fuit:q꞉ cum viſu fuit coniuncta in eadẽ re virt⁹ vnius
generis cũ virtute viſus.ſ.ſenſus guſt⁹.Judicare aũt ꝑ viſuꝫ iſtũ eſſe filiũ
Socratis accidit:q꞉ in alio tp̃e fuit cõiuncta cũ viſu alia virtus a virtute
viſus:virt⁹.n.q̃ ꝯprehẽdim⁹ iſtũ eẽ Socratẽ:aut filiũ Socratis ſupioꝛ eſt
ad virtutẽ ſenſus.et iđ iſte modus vr̃ magis accñtalis q̃ pͥm⁹ .Uñ ſimpl'r
dixit ipm̃ eẽ accñtalẽ:et nõ primũ.¶D.d.ei nõ eſt vni⁹ ꝛc.i.et iudiciũ non
eſt vni⁹ virtutis a qñ duo ſenſus fuerint ꝯiũcti ad iudicãdũ ſuꝑ eãdẽ rẽ
ipſam eẽ eãdẽ.ſꝫ illud iudiciũ eſt vtriuſqꝫ ſenſus:nõ alteri⁹ ſenſus ab eis
ſicut exiſtimare põt aliquis:ſed ſi dr̃ vn⁹ ex hoc mõ dñr accñtalr̃.D.d.v.g.
cholera ꝛc.i.v.g.hoc eẽ cholerã:q꞉ ẽ amarũ citrinũ.Judicare.n.ꝙ hec duo
ſunt eiuſdem.ſ.cholere nõ eſt alteri⁹ virtutis ab his duab⁹:ꝛ q꞉ iudiciũ ſu
per hanc rẽ eſſe vnam eſt duarũ virtutũ non vnius:accidit ei error in iu=
dicando aliquid non cholerã eſſe choleram:q꞉ citrinum.

a Qñ duo ſẽſus fue
rit ꝯiũcti ad iudicã
dũ ſuꝑ eãdẽ rẽ ipaꝫ
eẽ eãdẽ il
lŏ iudiciũ
ẽ vtriuſqꝫ
ſẽſ⁹ ñ alte
ri⁹ ſẽſ⁹ ab
eis oppo=
ſitũ.j .cõ.
146.ꝯtex
tũ.

¶Inquiret aũt aliqs cuius cã plures habem⁹ ſenſus:ſꝫ nõ vnũ
ſolũ:aut quatenus min⁹ lateãt ꝯñtia ꝛ cõia vt motus:ꝛ magni=
tudo:et numer⁹.Si.n.eſſet viſus ſol⁹ ꝛ ipſe albi laterent vtiqꝫ ma
gis:et videref eſſe oĩa ꝑꝑ id qđ cõſequunf ſe adinuicẽ ſimul co=
loꝛ et magnitudo.Nũc aũt qm̃ in aliquo ſenſibili cõia ſunt: mani
feſtum facit qđ aliud quiddam vnũquodqꝫ ipoꝝũ eſt. B

¶Et dꝫ homo ꝑſcrutari q̃re habem⁹ ſenſus plures vno:et non
vnũ tm̃.Dicam⁹ igif vt non ignoꝛem⁹ ꝯñtia communia:vt motũ
et quantitatem:ꝛ numerũ.qm̃ ſi non haberem⁹ niſi viſum ſolum
tunc ipſe viſus eſſet magis dignus vt ignoꝛaret album:adeo vt
exiſtimaret hec eſſe omnia.Coloꝛ enim et quantitas conſequun
tur adinuicem inſimul.Modo autem quia communia ſũt ſenſi
bilia ab aliquo manifeſtaf ꝙ quodlibet eoꝛum eſt aliud.

135 ¶Uult dare cauſam propter quam hec ſenſibilia communia non compꝛe
henduntur ab vno ſenſu.et.d.et debet homo perſcrutari ꝛc.i. dꝫ homo per
ſcrutari quare hec ſenſibilia communia compꝛehenduntur a pluribus ſen
ſibus vno:et non compꝛehenduntur ab vno.¶Deinde. dixit rationem et
dixit:dicamus igitur vt non ignoꝛemus ꝛc.id eſt vt non ignoꝛemus altera
tem ſenſibilium communiũ a ſenſibilibus propꝛijs.Deinde.d.quoniam ſi

hērēmꝰ ſolū viſum ꝛc.i.⁊ hoc eēt neceſſe:qm̄ ſi ponerēmꝰ ꝙ ſolꝰ viſus ꝯpre
hēdit iſta:et ꝙ ipſe ſolus eſt in nobis in hac intētiōe:tūc accideret viſui vt
ignoraret ⁊ nō diſtigueret albū ab aliquo:adeo ꝙ exiſtimaret colorē ⁊ quā
titatem et figurā eādē eē:et hoc accideret ei:eo ꝙ coloꝛ ⁊ quātitas ꝯſequūt
ſibi adinuicem.ſ.coloꝛ non inuenit niſi in ſupficie ⁊ ſupficies in coꝛpe. D.
d.modo aūt qꝛ cōia ꝛc.i.mō aūt qꝛ videmus ꝙ cōia vt quātitas et magni=
tudo cōpꝛehendunt ꝑ aliū ſenſum a viſu.¶Scđm hoc igit eſt intelligen=
dus ſuus ſermo in hoc loco:non ſm ꝙ ſonant verba eius ſuperficietenus Documē
ſm qđ loquitur:vt quare ſenſus ſint plures vno:cauſa enim foꝛmalis l hoc tum.
manifeſta eſt.ſ.multitudo ſenſibilium:et hoc iam dictum eſt: et cā finalis
eſt perſcrutanda poſt in fine iſtius libri.

¶Capitulum Secundum.

Quoniam autem ſentimus qđ videmus ⁊ audi=
mus:neceſſe eſt aut viſu ſentire qꝛ videt:aut al
tero. Si autem altero: aut ipſo erit qꝛ videt: aut
altero. Si idē erit viſus et ſubiecti coloꝛis.qua
re aut duo eiuſdē erūt:aut idem eiuſdem. Am
plius autem ſi et alter ſit ſenſus viſus: aut in
infinitum procedit: aut aliquis ipſe ſuiipſiꝰ erit
iudex. Quare in pꝛimo hoc faciendum eſt.

¶Et quia ſentimus nos audire et videre:neceſſe eſt quod ſenti
re quod nos videmus:aut eſt per hunc ſenſum:aut per aliud:ſʒ
illud erit viſus ⁊ coloꝛis ſubiecti:aut duo eiuſdem:aut idem ſui.
īdiuidua eſſe cōpoſita fuerit vniuocū:ſi aūt equocū : tūc demōſtratio non
ꝑ erit vera:q̄ō aūt eſt valde difficile.Manifeſtū eſt eñ ꝑ ſe ꝙ hoc nomē q̄di
tas nō dr̄ de eis pure vniuoce:nec̄ pure equ oce.Utrū aūt dicat̄ multiplici
ter ꝙ eſt mediū indiget ꝯſideratiōe.¶Sʒ ſi cōceſſerim⁹ hoc dici vniuoce:⁊
hic cōtingit ꝑdicta qō:⁊eſt q̄ō corruptibile intelligit ꝙ nō eſt corruptibi
le ſm opinionē dicētiū ꝙ intell's materialis eſt corruptibilis :⁊ eſt opinio
Auēpace:aut q̄ō intelligit intellectiōe noua:⁊ ꝙ innatū eſt ſemꝑ itellige-
re ea in futuro ⁊ in ꝑterito ſm opinionē dicētiū ꝙ itell's materialis nō eſt
gn̄abilis nec̄ corruptibilis.¶Et etiā ſi poſuerim⁹ ꝙ itelligere res abſtra
ctas eſt in ſba ⁊ in nā intell's mālis.Quare igit̄ iſta itellectio nō currit cur
ſu itellectionū mālıū nobis:ita ꝙ hoc intelligere ſit ps partium ſciētiarū
ſpeculatiuaꝝ:⁊ erit vnū queſitoꝝ in ſcīa ſpeculatiua. ¶Et Auenpace vr̄
ambigere in hoc loco.D.d.in epl'a quā vocauit expeditiōis:ꝙ politas eſt
duob⁹ modis:nālis:⁊ diuina.i.ꝙ intellectio iſtius intell'ſeſt de politate di
uina:nō de politate nāe.¶In epl'a aūt ꝯtinuatiōis.d.⁊ cū ph'us aſcēderit
alia aſcenſione:cōſiderādo i intellecto in ꝙ̄tum intell'm:tūc intelliget ſbam
abſtractā.Et manifeſtū eſt ex hoc ꝙ intelligere intell'm,ſm illū:eſt ps ſcia-
rū ſpeculatiuaꝝ.ſ.ſcīa nālis:et hoc appuit ēt in illa ꝑſcrutatiōe ab eo.¶Et
cum ita ſit nos oēs hoīes qđ accidit nobis de ignorātia iſtius ſciētie: aut
erit quia adhuc non ſcimus ꝓpōnes que inducūt nos ad hanc ſcientiam:
vt dicitur de multis artificijs que vident̄ eſſe poſ'ia:ſʒ ſunt cārum ignora-
taꝝ.v.g.alchimie:aut hoc intelligere hoc acq̄rit̄ per exercitiū ⁊ vſum in re
bus naturalibus:ſʒ nōdū habem⁹ de exercitio et vſu tm̄ ꝑ qđ poſſum⁹ acq̄
rere hanc intellectionē:aut erit hoc ꝓpter diminutionē nr̄e nāe naturalr̄.
¶Si igitur hoc acciderit ꝓpter diminutiōem in nā:tūc nos ⁊ oēs q̄ inati
ſunt acq̄rere hāc ſcīam dicimur omnes equiuoce.Et ſi ħ accidat ꝑꝑ ignorā
tiam ꝓpōnū inducentium in hanc ſcīam:tūc ſcīa ſpeculatiua nondū eſt ꝑ
fecta.Et forte Auēpace dicit hoc eſſe inopinabile:ſʒ non ipoſ'e.¶Et ſi hoc
accidit propter cōſuetudinē:tunc ſermo erit propinquus ſermoni dicenti
ꝙ cauſa in hoc eſt ignorantia propōnū inducētiū in hanc ſcīam:⁊ oē hoc
dr̄ cū ħ quod videtur eſſe remotū:lʒ nō ipoſ'e:nō igit̄ pōt euadere ab illis
queſtionibus predictis.¶Iſte igit̄ oēs q̄ōnes ſunt contingentes huic q̄ſi
to et ſunt ita difficiles ſicut tu vides:⁊ opʒ nos dicere ꝙ apparuit nobis in
hoc.¶Dicamus igitur qm̄ intell's exiſtēs in nobis hʒ duas actiones ſm
ꝙ attribuitur nobis.Quarum vna eſt de genere paſſionis:⁊ eſt intellige
re.Et alia in genere actionis:⁊ eſt extrahere formas ⁊ denudare eas a ma-
terijs:quod nihil eſt aliud niſi facere eas intellectas in actu poſtq̄ erant
in potentia.Manifeſtum quoniam in voluntate noſtra eſt cum habuerı-
mus intellectum qui eſt in habitu intelligere quodcunq̄ intellectū volue
rim⁹ ⁊ extrahere quancūq̄ formā voluerim⁹.¶Et iſta actio.ſ.creare:ſ intel
lecta ⁊ facere ea:eſt prior in nobis q̄ actio q̄ eſt intelligere:ſicut dicit alex.
Et ideo dicit quod dignius eſt deſcribere intellectum per hanc actionem:
non per paſſionem:cum in paſſione communicet ei aliud ex virtutibus ani
malibus.¶Sed hoc eſt de opinione dicentium quod paſſio in eis nō dicit̄
equiuoce.¶Et ꝓpter iſtā actionē.ſ.extrahere qđcūq̄ intell'm voluerimus
et facere ipſum in actu poſtq̄ fuit in potentia:opinatus eſt Themiſti⁹ qđ
intellectus qui eſt in habitu eſt compoſitus ex intell'u māli ⁊ agēte:⁊ ħ idē
fecit Alex.credere ꝙ intellectus qui eſt in nobis:aut eſt cōpoſit⁹:aut quaſi

Digreſſionis ps q̄rta i q̄pōit opinio auer. ꝺ vltia hoīs beatitudine.

Hic cō.attribuit extractionē cuiuſ ʒ forme itell'ui ꝯitu.⁊ tñ ꝯpoſitū ꝺ.ꝫ alex. ſupra.

cõpoſit⁹ ex intellectu agẽte: ⁊ ex eo q̇ eſt in habitu: cũ opinet̃ ꝙ ſbã ei⁹ q̃ eſt in habitu d3 eẽ alia a ſbã itellect⁹ agẽtis. ¶Et cũ hec duo fundamẽta ſint poſita. ſ. ꝙ intellect⁹ q̇ eſt nobis h3 duas actiones. ſ. cõprehẽdere intellecta ⁊ facere ea. Intellecta aũt duob⁹ modis fiũt in nobis: aut naturalr̃. et ſunt prime ꝓpoſitiones quas neſcim⁹ qñ extiterũt: et vñ: aut q̃uo. Aut volũtarie ⁊ ſunt intellecta acq̇ſita ex primis ꝓpoſitionib⁹. ¶Et fuit declaratũ ꝙ neceſſe eſt vt intellecta habita a nobis naturalr̃ ſint ab aliquo qđ eſt in ſe intellect⁹ liberat⁹ a materia: ⁊ eſt intellect⁹ agẽs. ¶Et cũ hoc declaratũ eſt neceſſe eſt vt intellecta habita a nobis a primis ꝓpoſitionib⁹ ſint aliqđ factũ ex cõgregato ex ꝓpõnib⁹ notis: ⁊ intellectu agẽte. Nõ eñ poſſum⁹ dicere ꝙ ꝓpões nõ hñt introitũ in eſſe intellectorũ acq̇ſitorũ: neq3 etiã poſſumus dicere ꝙ ꝓpões ip̃e ſole ſint agẽtes eas. Iã eñ declaratũ eſt agẽs eẽ vnũ aut eternũ: vt intẽdebãt quidã antiquorũ: ⁊ opinati ſunt ꝙ eas intendebat Ari. ꝑ intellectũ agẽtẽ: ⁊ cũ ita ſit: neceſſe eſt vt intellect⁹ ſpeculatiu⁹ ſit aliq̇d gñatũ ab intellectu agẽte: ⁊ in primis ꝓpõnib⁹. ¶Et contingit ꝙ iſte modus intellectorũ ſit volũtarie ecõuerſo intellectis primis naturalibus. Et oĩs actio facta ex cõgregato duorũ diuerſorũ: neceſſe eſt vt alterũ duorũ illorũ ſit q̃ſi materia ⁊ inſtrumẽtũ: ⁊ aliud ſit quaſi forma aut agẽs. Intellect⁹ igit̃ q̇ eſt nobis cõponit̃ ex intellectu q̇ eſt in habitu: ⁊ intellectu agẽte. Aut ita ꝙ ꝓpoſitiones ſint quaſi materia: ⁊ intellect⁹ agẽs eſt quaſi forma. Aut ita ꝙ ꝓpoſitiones ſint q̃ſi inſtrumẽtũ: ⁊ intellect⁹ agẽs eſt quaſi efficiẽs. diſpõ eñ in hoc eſt cõſilis. ¶S3 ſi poſuerim⁹ ꝙ ꝓpões ſunt q̃ſi inſtr̃m: cõtingit vt actio eterna ꝓueniat a duobus: quorũ vnũ eſt eternũ: ⁊ aliud nõ eternũ. Aut ponat̃ ꝙ inſtr̃m ſit eternũ: ⁊ ſic intellecta ſpeculatiua erũt eterna: et hoc etiã magis cõtingit ſi poſuerim⁹ eas ꝓpões q̃ſi mãm. Impoſſibile eſt eñ vt aliqđ gñabile ⁊ corruptibile ſit mã eterni. Q̃uo igit̃ poterim⁹ euadere ab hac q̃õne. ¶Dicam⁹ igit̃ ꝙ ſi hoc qđ dicim⁹ q. neceſſe eſt ꝙ ꝓpões ſint de intellectu agente: aut quaſi materia: aut quaſi inſtr̃m: ſi habẽt ingreſſum in eſſe intellectoꝝ ſpeculatiuoꝝ nõ fuit ſermo neceſſarie ↄſequẽtie ẜm ꝙ mã eſt mã: ⁊ inſtr̃m eſt inſtr̃m: ſ3 ẜm ꝙ neceſſe ẽ hoc eſſe proportionẽ ⁊ diſpõnẽ īter intel̃m agẽtẽ ⁊ ꝓpões q̃ aſſimilant̃ mãe: ⁊ inſtr̃m aliqđ: nõ q2 eſt mã vera: aut inſtr̃m verũ: tũc vr̃ nobis ꝙ poſſum⁹ ſcire modũ ẜm quẽ eſt intellect⁹ q̇ eſt ĩ habitu q̃ſi mã ⁊ ſbm agẽtis. Et cũ iſte modus fuerit poſit⁹ nobis: forte facile poterim⁹ ſcire modũ ẜm quẽ ↄtinuat̃ cũ intellectis ſeparabilib⁹. ¶Dicam⁹ igit̃. ſermo autẽ dicẽtis ꝙ ſi concluſiones acquirunt̃ a nobis ab intellectu agẽte: ⁊ ꝓpõnib⁹: neceſſe eſt vt ꝓpões ſint de intellectu agẽte q̃ſi mã ⁊ verũ inſtr̃m. Ille igit̃ ſermo nõ eſt neceſſarius: ſed tñ neceſſe eſt illic eſſe reſpectũ ẜm quẽ intellect⁹ q̇ eſt in habitu aſſimilet̃ materie: ⁊ intellect⁹ agẽs aſſimilet̃ forme. ¶Quid igit̃ eſt iſte reſpect⁹ et ex quo accidit intellectui agẽti habere hũc reſpectũ cũ intellectu q̇ eſt ĩ habitu: cũ vnus eſt eternus ⁊ alius gñabilis ⁊ corruptibilis. Oẽs eñ horũ cõcedũt hũc reſpectũ eſſe: ⁊ quaſi coget eos hoc: ꝙ ſpeculatiua ſunt ex ñlla in nobis ex his duob⁹ intellectib⁹. ſ. q̇ eſt in habitu ⁊ intellectu agẽte. ¶S3 Alex. ⁊ oẽs opinãtes intellectũ materialẽ eſſe gñabilẽ ⁊ corruptibilẽ: nõ pñt reddere cãm huius reſpectus. ¶Ponẽtes aũt ꝙ intellect⁹ operãs eſt intellect⁹ q̇ eſt in habitu: cõtinget vt intellecta ſpeculatiua ſint eterna: ⁊ alia multa īpoſſibilia ↄñtia hãc poſitionẽ. ¶Nos aũt cũ poſuerim⁹ intellectũ materialẽ eſſe eternũ: ⁊ intellecta ſpeculatiua eſſe gñabilia ⁊ corruptibilia eo modo quo diximus: ⁊ ꝙ intellectus materialis cõprehẽdit vtrũq3. ſ. formas materiales ⁊ formas abſtractas. Manifeſtũ eſt ꝙ ſbm intellectoꝝ ſpeculatiuoꝝ ⁊ intellect⁹ agẽtis ẜm hũc modũ eſt idẽ ⁊ vnum. ſ. materialis. ¶Et ſil̃r huic

Intellecta duob⁹ modis fiũt ĩ nobis. Idē3 pͥo celi. cõ. 2. Et 2. me. cõ. primo.

Oĩs actio facta ex ↄgregato duoꝝ diuerſorũ neceſſe ẽ vt alterũ duorũ ſit q̃ſi mã et alterũ q̃ſi forma.

Cõſil̃r. 2. đ ala. 24. Impoſſe ẽ vt aliq̇d gñabile ⁊ corruptibile ſit mã eterni.

eſt diaphanũ:qȝ recipit colorẽ ⁊ lucẽ inſimul:⁊ lux eſt efficiẽs colorẽ.¶Et
cũ fuerit verificata nobis hec cõtinuatio q̄ eſt inter intell̄m agẽtẽ ⁊ intell̄m
mãlẽ poterimus repire modũ ſm quẽ dicimus ꝙ intellectus agẽs eſt ſilis
2 forme:⁊ ꝙ intellect⁹ in habitu ſilis eſt mãe.¶Oia em̄ duo quorum ſbm eſt
Oia duo q̄ vnũ:⁊ quorũ alterũ eſt pfectius alio:neceſſe eſt vt reſpectus pfectioris ad
rũ ſbm eſt impfectius ſit ſicut reſpectus forme ad mãm:⁊ ſm hanc intẽtionẽ dicimus
vnũ ⁊ q̄rũ ꝙ pportio prime pfectionis virtutis imaginatiue ad primã perfectionem
vnũ ẽ pfe cõis ſenſus:eſt ſicut pportio forme ad materiã.¶Iã igit̃ inuenim⁹ modũ
ctius alio: ſm quẽ poſſe eſt vt ille intellectus cõtinuet̃ nobiſcũ in poſtremo:⁊ cãm q̄re
neceſſe eſt nõ copulat̃ nobiſcũ in principio:qm̄ hec poſitio cõtinget neceſſario vt in-
vt reſpect⁹ tellectus q̄ eſt in nobis in actu ſit cõpoſitus ex intellectis ſpeculatiuis:et
pfectioris intellectu agẽte:ita ꝙ intellectus agens ſit q̄ſi forma intellectorũ ſpeculati
ad iperfe uorũ:⁊ intellecta ſpeculatiua ſint q̄ſi mã.¶Et p hũc modũ poterim⁹ gn̄a-
cti⁹ ſit:ſi- re intellecta cũ voluerim⁹.Qm̄ illud p qȝ agit aliq̄d ſuã ppriã actionẽ eſt
cut reſpe- forma.¶Nos aũt q̄ agimus p intellectũ agẽtẽ noſtrã actionẽ ppriam:ne
ct⁹ forẽ ad ceſſe eſt vt intellectus agens ſit forma in nobis:⁊ nullus modus eſt ſm quẽ
mãm Cõſi generat̃ forma in nobis niſi iſte.Qm̄ cũ itellecta ſpeculatiua copulant̃ no-
mile.2.hu biſcũ p formas imaginabiles:⁊ intellect⁹ agẽs copulet̃ cũ itellectis ſpecula-
i⁹.c.24.⁊ tiuis:illud em̄ qȝ cõprehẽdit eas eſt idẽ.ſ.intellect⁹ mãlis:neceſſe eſt vt in-
quarto ce. tellectus agens copulet̃ nobiſcũ p cõtinuationẽ intellectorũ ſpeculatiuoꝝ.
tex.2.34. ¶Et manifeſtũ eſt ꝙ q̄n oia intellecta ſpeculatiua fuerint exiſtẽtia in no-
bis in potentia ꝙ ipſe erit copulatus nobiſcũ in potẽtia:⁊ cũ oia intelle-
cta ſpeculatiua fuerint exiſtẽtia in nobis in actu erit ipſe tunc copulatus
nobis in actu:⁊ cũ quedã fuerint in potẽtia ⁊ q̄dã in actu:tũc ipſe erit co-
pulatus ſm partẽ:⁊ ſm partem nõ:⁊ tũc dicimur moueri ad cõtinuationeȝ.
¶Et manifeſtũ eſt ꝙ cum iſte motus cõplebit̃ qȝ ſtatim iſte intellectus co-
pulat̃ nobiſcũ oibus modis.¶Et tunc manifeſtũ eſt qȝ proportio eius ad
nos in illa diſpõne eſt ſicut proportio intellectus q̄ eſt in habitu ad nos:et
cum ita ſit:neceſſe eſt vt homo intelligat per intellectũ ſibi propriũ in om-
nibus entibus ſicut intelligit p intellectũ qui eſt in habitu q̄n fuerit conti-
Primũ co- nuatus cum formis imaginabilibus oia entia intellectione propria.¶Ho-
relarium. mo igitur ſm hũc modũ:ſicut dicit Themiſtius aſſimilat̃ deo in hoc qȝ eſt
oia entia quoquomodo:⁊ ſciẽs ea quoquomõ.Entia.n.nihil aliud ſunt ni-
Scḋm co- ſi ſcia eius:neq; cauſe entiũ aliud ſunt niſi ſcia eius:⁊ q̄ mirabilis eſt iſte or-
relarium. do:⁊ q̄ extraneus eſt iſte modus eſſendi.¶Et ſm hunc modũ verificabitur
opinio Alex.in hoc qȝ.d.qȝ intelligere res abſtractas fiet p ↄtinuationẽ in
tellect⁹ nobiſcũ.nõ ꝙ intelligere inuenit̃ in nobis poſtq̄ nõ erat:qȝ eſt cã in
cõtinuatiõe intellectus agẽtis nobiſcũ:vt intẽdebat Auẽpace:ſȝ cã intelle-
ctionis eſt continuatio: ⁊ non econtrario.¶Et per hoc diſſoluitur queſtio
Tertium antiquoꝝ q̄ñ intelligit intellectiõe noua:⁊ eſt etiã manifeſtũ ex hoc q̄re nõ
correlariũ cõtinuamur cũ hoc intellectu in principio ſȝ in poſtremo: qm̄ dũ fuerit for
ma nobiſcũ in potẽtia:erit cõtinuatus nobiſcũ in potẽtia:⁊ dum fuerit con
tinuatus nobiſcũ in potẽtia:impoſſe eſt vt intelligamus per illũ aliq̄d. Cũ
igitur efficiet̃ forma nobis in actu qȝ erit apud cõtinuationẽ eius in actu:
tunc intelligemus per illum oia que intelligimus ⁊ agimus per illũ actio-
nẽ ſibi ppriam.¶Et ex hoc apparet ꝙ iſta intellectio nõ eſt aliquid ſciẽtia-
Quartũ rũ ſpeculatiuarũ:ſed eſt aliquid currẽs curſu rei generate naturaliter a diſ
correlariũ ciplina ſcientiarũ ſpeculatiuarũ:⁊ ideo nõ eſt remotũ vt homines adiuuẽt
a Quintũ ſe in hac intentione:ſicut iuuant ſe in ſcientijs ſpeculatiuis:ſȝ neceſſe eſt vt
correlariũ inuenit̃ illud currens a ſcientijs ſpeculatiuis nõ ab alijs. a ¶Intellecta
enim falſa impoſſibile eſt vt habeant cõtinuationem:qm̄ non ſunt aliquid

currens curſu naturali:ſed ſunt aliquid qđ nō intendebatur :ſicut digitus b Sextuȝ
ſextus ⁊ monſtrū in creatura. b ¶ Et eſt etiā manifeſtū ꝙ cū poſuerimus correla=
intellectū materialē eſſe generabilē ⁊ corruptibilē:tunc nullam viam inue rium.
niemus ſm quā intellectus agens copuletur cum intellectu qui eſt in habi c Septi=
tu copulatione propria.ſ. copulatione ſimili continuationi formarū cum mū corre
materijs.c ¶ Et cū iſta cōtinuatio nō fuerit poſita nulla erit diuerſitas,in= larium.
ter cōparare ipſum ad hominē:⁊ ad oia entia:niſi per diuerſitatē ſue actio
nis in eis. ¶ Et ſm hūc modū reſpectus eius ad hominē nō erit niſi reſpe=
ctu agētis ad hoīem: nō reſpectu forme:et cōtingit qſtio Alpharabij quā
d. in nichomachia. Fiducia eñ in poſſibilitate cōtinuationis intellectus
nobiſcū eſt in declarādo ꝙ reſpectus eius ad hominē eſt reſpectus forme
⁊ agentis:non reſpectus agentis tantū. Hoc igitur apparuit nobis in hoc
queſito modo:⁊ ſi poſt apparuerit nobis plus deſcribemus.

Capitulum Octauum.

NUnc aūt de aīa dicta recapitulātes: Dicam⁹ iterum:
ꝙ oīa ea q̄ ſunt quodammō eſt aīa. Aut eñ ſenſibilia A
que ſunt:aut intelligibilia. Eſt autem ſcientia quideȝ
ſcibilia quodammodo:ſenſus autem ſenſibilia. Aīa qdā
¶ Congregamus igitur ſm ſummā ea q̄ dicta ſunt mō ē oīa.
in aīa. Dicamus igiť ꝙ aīa eſt quoquomō alia entia. Entia enim
aut ſunt intellecta:aut ſenſata. Scire vero res intellectas eſt ſecū=
dum modum ſentiendi rem ſenſatam.

Et cum declaratū eſt que ſunt genera virtutum cōprehenſiuarū aīe ⁊
ꝙ ſunt duo modi.ſ. ſenſus ⁊ intellectus:oportet nos mō face 37
re vnam ſummam de anima:⁊ dicere ſm deſcriptionē ꝙ eſt quoquo modo Diſpō ſēſi
oia entia. Oīa enim entia aut ſunt ſenſibilia: aut intelligibilia. Diſpoſitio biliū adſē
autē ſenſibiliū ad ſenſum eſt ſicut diſpoſitio intelligibiliū ad intellectū : et ſuȝ ē ſicut
ſenſus ad ſenſatū. ergo contingit neceſſario vt anima ſit entia omnia vno diſpō itel
modorū ſm quos poſſibile eſt dicere animam eſſe omnia entia. ligibiliuȝ
ad itelł3.
¶ Qualiter aūt hoc ſit opȝ inqrere. Secatur igiť ſcīa ⁊ ſenſus in 3ō.3. hu=
res:q̄ quidē potētia eſt in ea que ſunt potētia:que vero actu in ea ius.t.cō.3
que ſunt actu:aīe aūt ſenſitiuum ⁊ quod ſcire poteſt:potētia hoc B
ſunt:hoc quidē ſcibile:illud aūt ſenſibile. Neceſſe aūt eſt aut ipā: Nō ē lapſ
aut ſpēs eſſe. Ipſa quidē eñ nō ſunt: nō eñ lapis in anima eſt: ſȝ in aīa ſed
ſpēs. Quare aīa ſicut man⁹ eſt. Man⁹ eñ eſt organū organorū: ſpecies.
⁊ intellectus ſpēs ſpecierum:⁊ ſenſus ſpecies ſenſibilium. Man⁹ eſt
organum
¶ Et ſciendum eſt quō. Dicamus igitur ꝙ ſcire ⁊ ſentire diuidū= organoꝝ
tur ſm diuiſionē entiū. Si igitur fuerit in potētia erūt potentia:ſi De ſenſu i
actu:actu intellectū ⁊ ſenſatum. Neceſſe eſt enim vt entia ſint aut potētia ⁊
iſta:aut forme. Et nō ſunt iſte. lapis enim nō exiſtit in aīa:ſed for= actu vid.2
ma. Et iō aīa eſt quaſi manus. Manus eñ eſt inſtrumentum in= ð aīa.53.⁊
ſtrumentis. Et intellectus forma formis:⁊ ſenſus forma ſenſatis. 55. De itel
lectu ꝑ ov
¶ Cū declarauit ꝙ aīa eſt quoquomō oīa entia:incepit declarare illū mo= 38
dū ⁊.d. Dicam⁹ igiť ꝙ ſcire ⁊c.i. ꝙ differētie entiū quib⁹ diuidunť ſunt ee= de hic.i
dē cū differētijs aīe:⁊ ſunt potētia ⁊ act⁹. Queādmodū eñ ſenſus ⁊ intelle ⁊.18.
ctus aut ſunt potētia aut actu:ita oē ſenſibile ⁊ intelligibile:aut eſt in potē
tia:aut in actu. Et cum ita ſit ſi ſentiēs fuerit in potētia:ſenſatū erit in po=

tētia:ꝛ ſi fuerit in actu ſenſatū erit in actu. Et ſimiliter eſt de intellectu cū intellecto: neceſſe eſt vt vere dicat̄ ꝙ illa pars aīe eſt illa pars entium. Res em̄ quarū differētie ſunt eedē ipſe ſunt eedē in illo mō ſm̄ quē hn̄t eaſdem differētias. Intellectus igitur eſt intellectū:ꝛ ſenſus eſt ſenſatum. ℂD.d. neceſſe eſt em̄ ꝛc.i.qꝛ nō ſunt niſi duo modi: aut vt intellectus ſit intellectū exiſtēs extra aīam aut forma eius:ꝛ ſilr ſenſus cū ſenſato:ꝛ eſt impoſſ.e vt ipſum ens ſit intellm̄ aut ſenſatū.ſ.p ſuā formā.ꝛ ſuā mām: vt antiq̄ opinabātur: tunc.n.qn̄ lapidē intelligeret aīa eſſet lapis:ꝛ ſilr lignū eſſet lignū. Remanet igit̄ vt illud qḋ exiſtit in aīa de entibus ſit forma tm̄ nō mā. ℂEt hoc intēdebat cū.d.lapis.n.non exiſtit in aīa: ſꝫ tm̄ forma eius. ℂD.narrauit qḋ iſta eſt cā q̄re aīa recipit multas formas diuerſas. vt manus que eſt inſtrumētū recipiēs oīa inſtrā:ꝛ.d.ꝛ ideo aīa eſt quaſi manus ꝛc.

Res q̄rum dſic ſūt ee dē ipe ſūt eedē i illo mō ſzquē hn̄t eaſdē dfias.

ℂQm̄ aūt: neq₃ res vlla eſt p̄ter magnitudinē: ſicut videtur: ſenſibilia ſeparata in ſpēbus ſenſibilibus intelligibilia ſunt. Et q̄ abſtractione dn̄r. Et quecūq₃ ſenſibiliū habitus ꝛ paſſiones: et ob hoc neq₃ nō ſentiēs nihil vtiq₃ addiſcet neq₃ intelliget. Et cū ſpeculetur neceſſe ſimul phātaſma aliqḋ ſpeculari. Phātaſmata em̄ ſicut ſenſibilia ſunt preter ꝙ ſunt ſine materia. Eſt autē phātaſia alterū a dictione ꝛ negatione. Cōpoſitio em̄ intellectuū eſt verū aut falſum. Primi autem intellectus qūo different vt nō phātaſmata ſint. Aut neq₃ hi phātaſmata: ſed nō ſine phātaſmatibus.

ℂEt quia ſecundū ꝙ exiſtimatur magnitudo eſſe ſenſibilia eſſe ſenſibiliū:ꝛ eſt ſpecies ſenſibilium ſingulariter. Intelligibilia autē ſunt que dicuntur modo velocis. Res autem exiſtentes in ſenſibilibus ſunt ſm̄ modum habitus ꝛ paſſionis. Et ideo qui nihil ſentit nihil addiſcit:ꝛ nihil intelligit. Si igitur viderit neceſſario videt imagines aliquas. Imagines em̄ ſimiles ſunt ſenſibilibus ſed ſine materia. Imago enim aliud eſt ab affirmatione ꝛ negatione. Fides enim ꝛ nō fides inueniuntur per cōpōnem quarundam creditionū cū quibuſdam. Prime aūt creditiones per quid diſtinguntur ita ꝙ nō ſunt imagines. Iſte enim ꝛ ſi non ſint imagines: tamen non fiunt ſine imaginibus.

39 ℂEt qꝛ ſm̄ ꝙ exiſtimatur ꝙ corpus qḋ eſt vliius genus rerū ſenſibiliū exiſtit in ipſis ſenſibilibus:ꝛ eſt vlis forma ſenſibilibus ſm̄ ꝙ intellectus diſtinguit ꝛ abſtrahit eam a ſenſibilibus. ℂD.d.ꝛ intelligibilia ſunt ꝛc.i.ꝛ cū corpus quod eſt vniuerſalius intelligibiliū abſtrahitur ab intellectu: ſꝫ eſt exiſtens in rebus ſenſibilibus: neceſſe eſt vt forme ſint exiſtentes in intellectu ſm̄ velocitatē ꝛ rē velocis trāſmutationis nō fixā:ꝛ ꝙ ille eedem forme ſint exn̄tes extra aīam in rebus ſenſibilibus ſm̄ ꝙ habitus exiſtit in hn̄te habitū:ꝛ res fixa in re patiēte. ℂD.d.ꝛ ideo qui nihil ſentit nihil addiſcit.i.ꝛ qꝛ intentio intellecta eadē eſt cū re quā ſenſus cōprehēdit in ſenſato: neceſſe eſt vt qui nihil ſentit nihil addiſcat ſm̄ cognitionem ꝛ diſtinctionem p intellm̄. ℂD.d.ſi igitur viderit ꝛc.i.ꝛ iſta eadē eſt cā quare intellus q̄ eſt in nobis cū viderit aliq̄d aut viderit aliqua ꝛ intellexerit: ipſe nō intelliget ipſum niſi cōiunctū cum ſua imagine. Imagines enim ſunt aliqua ſenſibilia intellectui:ꝛ ſunt ei loco ſenſibiliū apud abſentiā ſenſibiliū: ſꝫ ſunt ſenſibilia nō materialia. ℂD.d.imago em̄ aliud eſt ꝛc.i.ꝛ diximus ꝙ imagines ſunt de genere rerū ſenſibiliū:ꝛ nō ſunt intellectus: quia intellectus habet

Qui nihil ſētit nihil addiſcit.

Imagines ſūt aliq̄ ſēſibilia itellectui:ꝛ ſūt ei loco ſēſibiliū apḋ abſentiā ſenſibiliū. Idē.ꝫ ꝗ.33.

ꝓpriā affirmationē ꝛ negationē. Affirmatio aūt ꝛ negatio eſt aliud ab imaginatione: fides aūt ꝛ incredulitas exiſtētes in intellectu nō a ſenſu ſʒ a rōne fiūt ſm cōpoſitionē creditionū habitarū a ſenſu adinuicem. ¶ Et. d. hoc q̄ eſt dubiū de ꝓpoſitionibus nālibus q̄s neſcimus vn̄ veniāt aut qn̄: vtrū ſint ꝓuenientes a ſenſu: aut nō. Et dr̄ forte nō ꝓueniūt a ſenſu ſicut multe cōcluſiones. ¶ D. d. prime aūt creditiones per q̄d diſtinguunt. i. vt mihi vr̄: ꝑ q̄d pōt aliq̄s dicere q̄ prime ꝓpōnes diſtinguunt a ſenſibilibus ꝛ nō indiget eis oīno: ꝛ tō ſunt alie ab imaginatione. Prime eñ propoſitiones ꝛ ſi cōceſſerimus q̄ nō ſunt imaginatio: tñ videtur eſſe cū imaginatione: ꝛ hoc oſtendit eas indigere ſenſu. ¶ Et hic eſt completus ſermo de rationali. Utrū pme ꝓpōes ſint a ſenſu.

¶ Capitulum Nonum.

Quoniam aūt aīalium anima ſm duas diffinita eſt potētias: diſcretio quod intellectiue opus eſt ꝛ ſenſus, ꝛ adhuc in mouendo ſm locū motus. De ſenſu quidem ꝛ intellectu determinata ſint tanta. De mouente autem quid forte ſit anime ſpeculandum eſt: vtrū vna quedam pars ipſius ſit ſeparabilis: aut magnitudine: aut ratione: aut omnis aīa. ꝛ ſi pars aliqua ſit vtrum propria ſit preter cōſuetas dici ꝛ dictas: aut harum vna aliqua ſit. A

¶ Quoniā anime animaliū diffiniūtur per duas virtutes. Quarū vna eſt diſtinguēs quod eſt ad actionem ſenſus ꝛ intellectus. Et alia ad modum localem. Et iam diſtinximus ſermonem de ſenſu et intellectu: et modo oportet loqui in motore: quid ſit de anima: et vtrum ſit pars vna eius diſtincta per magnitudinem: aut per diffinitionem: aut eſt tota anima. et ſi eſt pars eius: vtrum eſt aliquod proprium aliud a rebus aſſuetis dici: aut iſta dicta non ſunt aliquid iſtorum.

Cum cōpleuit ſermonem de virtutibus diſtinguentibus: reuerſus eſt ad ſermonē de virtute motiua in loco: ꝛ incepit dare cauſam quare incepit loqui de hac virtute. ¶ Et. d. ꝛ q̄ aīe aīalium ꝛc. i. ꝛ q̄ antiq̄ aſſueti ſunt diffinire aīas aīaliū duabus virtutibus: quarū vna eſt cōprehēſiua diſtinctiua: alia aūt motiua in loco. ꝛ iam determinauimus ſermonem de virtute diſtinctiua per hoc q̄d diximus de virtute ſenſus ꝛ intellectus: opʒ nos modo dicere de motore in loco q̄d ſit de anima. ¶ D. d. ꝛ vtrū eſt ps ꝛc. i. ꝛ quēadmodū eſt etiā de hac virtute: vtrū ſit pars aīe: aut tota aīa. ꝛ ſi eſt pars aīe: vtrū eſt ſeparata ab alijs in quiditate ꝛ loco: ꝛ multi antiqui opinabātur: aut tm̄ differt in quiditate ꝛ diffinitione. ¶ D. d. ꝛ ſi eſt pars eius ꝛc. i. ꝛ ſi iſta virtus eſt pars anime vtruʒ eſt pars earum partium que dicte ſunt ab antiquis: aut nō eſt aliqua illarum: ſed alia. 40 Uide ꝓmo de aīa. 19. B Qōiſta ēt mota fuit j. ð aīa. 90 ꝛ l hoc tertio. t. com. primi. C

¶ Habet autem et dubitationem mox quomodo oportet partes anime dicere: et quot. Modo enim quodam infinite videntur: et non ſolum quas quidam dicunt determinantes rationatiuā: iraſcibilē: et appetitiuam. Hi aūt rationē hn̄tē et irrōnabilē. Scdm̄ eñ differētias per q̄s ſeparāt has: ꝛ alie videnī partes maiorem differentiam hic habentes de quibus et nunc dictum eſt. Et vegetatiua que ꝛ plantis ineſt: ꝛ omnibus animalibus: ꝛ ſenſi- X. ō q̄dā aīe ptes iſ nite eſſe videntur.

tiua quam neqꝫ ſicut irrationabilem: neqꝫ ſicut rationem habentem ponet quis vtiqꝫ facile. Adhuc autem ⁊ phantaſtica que ipſo eſſe quidem ab oībus altera eſt.

¶ Et cum hoc ſermone etiam oritur queſtio: ⁊ eſt quō ſunt partes anime: ⁊ quot ſunt. Uidentur enim quoquomodo eſſe infinite: ⁊ ꝙ non ſunt ille partes quas homines numerant apud diffinitionē.ſ.rationabilis: ⁊ iraſcibilis: ⁊ deſiderabilis. Et quidā diuidunt eas in rationabilem: ⁊ nō rationabilem. Diuiduntur eñ ſm differentias: diuidentes eam etiam in partes diuerſas: inter quas exiſtit diuerſitas maioꝛ q̄ inter iſtas de quibus loquimur. Scdm virtutem nutritiuam exiſtentem in vegetabilibus: ⁊ virtutem ſenſibilem quam nullus vult numerare. Non eſt enim irrationabilis neqꝫ etiam rationabilis: ⁊ virtus etiam per quam fit imaginatio differt per ſe ab alijs.

41 ¶ In hac perſcrutatione oritur qō cōis: oībus virtutib⁹ aīe: ⁊ eſt quō partes aīe ſunt plures: ⁊ vnde: ⁊ quot ſunt. D.d. modū ex quo difficile cognoſcitur quod ſunt partes eius. ¶ Et.d. videntᷣ eñ ⁊c.i. videntur eñ qn̄ aliquis voluerit numerare eas ꝙ magis ſunt infinite q̄ finite. Partes eñ eius nō ſunt partes ille quas homines aſſueti ſunt numerare qn̄ diffiniunt animā. ¶ Et.d. quoquomodo: qꝛ ⁊ ſi aliquis voluerit numerare aīam cōcupiſcibilem ſm numerū rerū quas cōcupiſcit: tunc vr̄ eſſe illā infinitā. ⁊ innuit Platonē dicentē partes eſſe tres. rationabilē: ⁊ iraſcibilē: ⁊ deſideratiuam: et poſuit iraſcibilem ⁊ deſideratiuā duas: ⁊ ſunt vnius virtutis.ſ. aīe concupiſcibilis. ¶ D.d. ⁊ quidam diuidunt ⁊c.i. ⁊ faciunt in hoc erroꝛē ⁊ peccatū. Uidetᷣ eñ ꝙ aīa diuiditur ſm differētias habēdas in partes inter quas eſt maioꝛ diuerſitas q̄ inter iſtas partes in quas diuidūt animā. D. numerauit illas partes. ⁊ dixit.ſ. virtutē nutritiuā ⁊c. ideſt. U.g. hoc ꝙ aīa diuiditᷣ in virtutē nutritiuā ⁊ ſenſibilē. Nullus eñ poteſt ponere aīam ſenſibilem in virtutē rationabilem neqꝫ in virtutē irrationabilem: cum non ſit de eis que carēt rōne: qꝛ eſt aliqd cōpꝛehendēs: neqꝫ de habentib⁹ rōnē. Ratio eñ non exiſtit in oībus aīalibus. ¶ Et intendebat per hoc notificare erroꝛem duoꝝ diuidentiū.ſ. diuidētis eā in rōnabilē: ⁊ iraſcibilē: et deſideratiuā: et diuidentiū.ſ. diuidētis eā in rōnabilē ⁊ nō rōnabilē. ¶ Qui eñ diuidit eaʒ in hec duo difficile pōtponere in vtrāqꝫ illarum virtutes multas. U.g. ſenſum ⁊ imaginationē. ¶ Qui aūt diuidit eam in illas tres: peccauit duob⁹ modis. dimiſit eñ multas differentias. U.g. nutriri ⁊ imaginari. ¶ Et etiā diuiſit eādem virtutē.ſ. cōcupiſcibilē in plures vna: ⁊ cū aīa fuerit diuiſa tali diuiſione: tunc partes aīe erūt infinite: ſicut innuit pꝛimo.

D Si qs numeraret aīam ꝯcupiſcibileʒ ſm nūerū rerum qs cōcupiſcit inueniret eam infinitā eſſe.

¶ Cui autē harum eadem vel altera ſit hʒ multā dubitationē ſi aliquis ponat ſeparatas partes anime. Ad hec autem appetitiua: que ⁊ ratione ⁊ potentia: altera videtur vtiqꝫ eſſe ab omnib⁹: ⁊ conueniens vtiqꝫ hanc ſequeſtrare. In rationatiua enim voluntas fit. In irrationabili et concupiſcitiua ⁊ ira. Si autem tria in anima: in vnoquoqꝫ erit appetitus.

¶ Et cōtingit magna queſtio in quacūqꝫ iſtarum fuerit accepta ⁊ vtrū eſt eadem: aut diuerſa: ⁊ maxime ſi aliquis poſuerit ꝙ tres partes anime ſunt diuerſe. Et inopinabile eſt etiam cum hoc qō

diximus diſtinguere hoc qđ exiſtimatur eſſe diuerſum ab omni-
bus in diffinitione ⁊ actione. Principale enim exiſtit in parte co-
gitatiua. Deſiderium autem et ira inueniuntur in non rationabi-
li. Si igitur anima habet tres partes: tunc deſiderium inuenitur
in vnaquaqꝫ illarum.

¶ Et contingit nobis queſtio in quacũqꝫ iſtarũ triũ virtutum. Aut duarũ 42
numerauimus virtutẽ imaginationis. ſ. vtrũ iſta virtus ſit vna illarũ vir-
tutũ in quas diuiſimus partes aie: aut eſt diuerſa ab eis. Et maxime ſi ali-
quis poſuerit ꝙ partes aie ſunt diuerſe in diffinitiõe ⁊ loco. ¶ D. d. et inopi-
nabile eſt. ⁊c. i. ⁊ inopinabile eſt diuidere hanc virtutem que exiſtimaṫ eſſe
diuerſa ab omnibus in actione ⁊ diffinitione: ⁊ intendit virtutem deſide-
ratiuam: ⁊ ponere eam in habente rationem ⁊ in carente ratione. Et nõ po-
nere eã ꝓpriã alteri duoꝝ modoꝝ: ſicut eſt diſpõ de alijs virtutibus aie: ſed
in vtroqꝫ. virtus eñ principalis non exiſtit niſi in aia rõnali. ¶ Et hoc intẽ-
debat cũ. dixit. In parte cogitatiua ⁊ non principali ſicut deſiderium ⁊ ira
exiſtit in non rõnali. Sed nos videmus iſtã virtutem numerari ſm nume-
rum virtutum. Ita ꝙ ſi partes aie fuerint tres: tunc deſiderium inuenietur
in omnibus earum. Et hoc intendebat cum. d. ſi igitur anima ⁊c.

¶ Et etiam de quo nunc ſermo inſtat quid forme mouens ſm lo-
cum animal eſt. Scđm quidem enim augmentum ⁊ decrementũ
motum: qui omnibus ineſt videbitur vtiqꝫ mouere generatiuũ
⁊ vegetatiuum. De inſpiratione autem ⁊ expiratione: ⁊ ſomno ⁊
vigilia poſterius perſpiciendum. Habent enim et hec dubitatio-
nem multam.

¶ Illud autem ad qđ peruenimus in ſermone eſt quid eſt illud
qđ mouet animalia de loco in locum. Et exiſtimatur ꝙ motus
qui eſt ſm augmentum ⁊ diminutionem exiſtit in omnibus. Et
illud quod exiſtit in omnibus eſt illud quod exiſtimatur mouere
generatiuum ⁊ nutritiuum. Et poſt conſiderabimus de anheli-
tu et ſomno et vigilia. In iſtis enim ſunt multe queſtiones.

¶ Id eſt. ſed nos non intendebamus iſtas q̃ones in hoc loco. Intentio eñ 43
noſtra eſt ꝑſcrutari illud qđ mouet animal in loco quid ſit. ¶ D. d. ⁊ exiſti- Idẽ. 2. de
matur ꝙ motus animalis ſm augmentum ⁊ diminutionem exiſtit in omni- aia. 42. ⁊
bus aialibus: ⁊ qđ eſt tale attribuitur virtuti que mouet ad generandum j. de gña.
⁊ ad nutriẽdum. ¶ Et intendebat per hoc notificare ꝙ iſte motus eſt alius 39. et. 41
a motu a locali exiſtẽti a motu locali: lꝫ vterqꝫ ſit in loco: et ꝙ motor in eis
eſt diuerſus. ¶ D. d. ⁊ poſt conſiderabimus. i. ⁊ poſtqꝫ locuti fuerimꝰ de hac
virtute conſiderabimus de anhelitu: ⁊ ſomno ⁊ vigilia: cum vtrũqꝫ ſit ab
anima motus: ⁊ habeat multas queſtiones.

¶ Sed de motu ſm locum quid mouens animal ſm proceſſiuũ
motum conſiderandum. Quod quidem igitur non vegetatiua
potentia manifeſtum. Semper enim propter aliquid motus hic:
et aut cum phantaſia: aut cum appetitu eſt. Nihil enim non appe-
tens aut fugiens mouetur: ſed aut violentia. Amplius et plan-
te vtiqꝫ eſſent motiue: ⁊ vtiqꝫ haberent aliquam partem organi-
cam ad motum hunc.

¶ Conſideremus igitur de motu locali: ꝛ qd̄ eſt illud qꝺ mouet alal motu locali. Et manifeſtum eſt ꝙ hoc non eſt a virtute nutritiua. Iſta eñ virtus ſemp attribuit̃ illis. Iſta aũt aut eſt cũ imaginatione: aut cum deſiderio. Nihil eñ mouetur niſi aut ꝑ deſiderium ad aliquid: aut per fugam ab ipſo: niſi motus eius ſit violentus. Et ſi iſta eſſet etiam diſpoſitio plantarum eſſent mote ꝛ haberent membrum organicum iuuans hunc motum.

44 ¶ Ideſt. ꝛ qꝛ actio virtutis nutritiue eſt ſemp: ꝛ attribuitur vegetabilibus. Actio aũt iſtius virtutis non eſt ſemp: neq; eſt in vegetabilibꝰ: ꝛ iſte motꝰ q̄ eſt in loco ſemp eſt cũ imaginatiōe ꝛ deſiderio ad aliqd. Nihil eñ mouet̃ volũtarie: niſi aut deſiderãdo aliqd: aut fugiẽdo ipſum. Si igit̃ iſte motus eſſet ab aïa nutritiua: ꝯtingeret vt iſta aïa eſſet deſiderãs: ꝛ imaginãs. ¶ Et ſi virtus nutritiua eſſet mouens in loco: ꝯtingeret vt plante mouerentur in loco: ꝛ ſi plãte mouerent̃ in loco: tũc haberẽt hãc diſpōnem. ſ. imaginationẽ ꝛ deſideriũ: ꝛ haberent etiam membrũ organicũ per qꝺ fit motus.

Uide. 2. huiꝰ. c. 5. c. 3. 20. Nihil mouet̃ volũtarie niſi aut deſiderando aliquid: aut fugiẽdo ipm̃.

¶ Similiter autem neq; ſenſitiuum. Multa enim animaliũ ſunt que ſenſum quidem habent: manentia autem ꝛ immobilia ſunt ꝑ finẽ. Si igit̃ natura nihil facit fruſtrã: neq; deficit ĩ neceſſariis: niſi in orbatis: ꝛ imperfectis. Huiuſmodi autẽ animalium perfecta: ꝛ non orbata ſunt: ſignum autem eſt: quia generatiua quidẽ ſunt et augmentum habent et decrementum. Quare ꝛ haberẽt vtiq; partes organicas proceſſionis.

¶ Et etiam ſm hunc modum eſt aliud a ſenſu. Multa aïalia eñ habent ſenſum: ꝛ ſunt quieſcentia in eodem loco: ꝛ non mouẽtur oĩno. Si igitur natura nihil facit ocioſe: ꝛ perfecte operatur in rebus neceſſariis: niſi ſit in rebus monſtruoſis: que non ſunt perfecte. Talia enim animalia ſunt perfecta non mõſtruoſa. ꝛ ſignum eius eſt ꝙ generant et habent aſcenſum ꝛ deſcenſum. et ideo habent membra organica per que fit motus localis

45 ¶ D. ꝛ oportet etiã ſm hũc modũ vt iſta virtus mouẽs in loco ſit alia a ſenſu. Multa eñ aïalia ſentiũt: ſed nõ mouent̃ oĩno. ꝛ neceſſe eſt vt iſta aïalia non moueant̃ oĩno: qm̃ cũ natura nihil facit ocioſe. i. nullum membrũ facit ſine iuuamento: neq; diminuit in rebus neceſſariis. i. neq; abſtulit aïali mẽbrum in quo habet iuuamẽtũ neceſſarium: niſi hoc ſit ꝓpter occaſiones cõtingentes in minori parte: vt digitus ſextus. ¶ Et iſta aïalia non mota nõ habent inſtrumentum ambulandi: ꝛ ſunt cũ hoc perfecta non monſtruoſa: ꝛ ſignum eius eſt ꝙ generant ſibi ſimilia: ꝛ habẽt in ſua vita aſcẽſum: ꝛ deſcẽſum: ſicut alia entia naturalia: quorum eſſe eſt naturale. ergo neceſſe eſt vt ſint animalia non mota: ꝛ ideo non habent membra motus. ¶ Et debes ſcire ꝙ non vtitur in loco cõmunicantie in deſtruẽdo has virtutes eſſe motiuas: niſi ita: quia ſuum queſitum eſt cauſa propinqua motus: ꝛ ſi non: tunc ſenſus eſt vna cauſarum iſtius motus: ſed cauſa remota.

Natura nihil facit ocioſe. Idẽ. j. ce. 52. ꝛ. 2. ce. 50. et. 59. Omnia entia nãlia q̃ꝝ eẽ eſt nãle hñt aſcenſuꝫ ꝛ deſcẽſuꝫ. Uide ꝑ hoc. 2. de gñа. ꝛ cor. t. c. 57. ꝛ 1. 2. meteoro. c. j.

¶ At vero neq; rationatiua ꝛ vocatus intellectus eſt mouens. Speculatiuus quidẽ eñ nihil ſpeculat̃ agibile: neq; dicit de fugibili ꝛ proſequibili. Semp autem motus aut fugientis: aut proſequentis aliquid eſt. Sed neq; cum ſpeculatus fuerit aliqd̄ hmõi:

tam precipit aut proſequi:aut fugere. Puta multotiens intelligit terribile aliquid aut delectabile:non iubet autem timere:ſed cor mouetur.ſi autem delectabile aliqua altera pars.

¶ Sed illud quod mouet non eſt pars cogitatiua: neq; illa que dicitur intellectus. Pars enim cogitatiua non videt illud quod facit:neq; dicit aliquid in fugito:neq; in queſito. Motus enim ſem per inuenitur aut in fugiente:aut in querente: neq; eſt etiam ex eis que quando viderint rem talem mittent ad querendum aut fugiendum. Et multotiens opinamur aliquid eſſe delectabile aut timoroſum: et non mittimus ad timorem. Cor autem mouetur quando aliud membrum delectatur.

¶ poteſt intelligi per partem cogitatiuam intellectus ſpeculatiuus: et per partem que dicitur intellectus:intellectus operatiuus. Et ideo.d.pars enim cogitatiua non videt ⁊c.i.pars ſpeculatiua non conſiderat de rebus operatiuis:neq; de aliqua re vtili queſita:neq; de aliqua re nocente fugita:motus autem in loco non inuenitur niſi aut in querente: aut in fugiente. 46 36.2. me. tex.cō.3.

¶ M.d.neq; eſt etiam ex eis ⁊c.i.neq; eſt etiam pars intellectus qui' innatus eſt conſiderare in queſito ⁊ fugito:⁊ excitat membrum mobile ad motum ad rem delectabilem:aut membrum mobile in timore ad motum:vt accidit nobis quando imaginamur aliquod delectabile aut timoroſum: ꝙ membrum proprium illi delectabili mouetur in nobis:et cor conſtringitur tunc ex illo timoroſo:⁊ intellectus nihil videt ex hoc: ſed videmus ipſum moueri ex illo timoroſo:aut ad aliud delectabile. ¶ Et hoc intendebat cum dixit:cor autem ⁊c.ita cecidit in ſcriptura. ¶ Et forte diminuitur ex ea tantum ꝙ intentio eſſet iſta:ſcilicet cor autem mouetur ex timore aut ex delectatione quando aliud membrum delectatur:⁊ demonſtrat hoc ꝙ inuenimus in alia tranſlatione.ſcilicet multotiens cogitat intellectus in aliquo timoroſo:aut in aliquo delectabili:ſed nō ꝓpter hoc erit timor aut delectatio. Cor autem mouetur motu timoris:ſed non ex intellectu: et cum cogitauerit in aliquo delectabili:tunc membrum aliud a corde mouetur motu delectationis.

¶ Amplius ⁊ precipiente intellectu ⁊ dicente intelligentia fugere aliquid aut proſequi non mouetur. Sed ſm concupiſcentiam agit vt incontinens. Et totaliter autem videmus quoniam habens medicatiuam non medetur:tanq̃ alterius quidem ſit proprium agere ſm ſcientiam:ſed non ſcientie.

¶ Et cum intellectus miſerit:⁊ cognitio affirmauerit fugere aliquid:aut querere aliquid non mouebitur:ſed facit illud qđ conuenit delectationi.ſ.ꝙ non poteſt ſe retinere. Et vniuerſaliter videmus habentem artem medicine non ſanare:quia aliud eſt principale actionum:que fiunt per cognitionem.

¶ Et videmus etiam ꝙ intellectus multotiens mittit ad querendum aliquid aut fugiendum:ſed tamen hō nō mouetur ab eo qđ affirmat intellectus:ſed ex eo quando cōuenit delectationi:vt accidit viro voluptuoſo qui non refrenat ſe vt deberet. ¶ M.d.⁊ vniuerſaliter ⁊c.i.⁊ vniuerſaliter videmus multotiens ꝙ multi ſcientes aliquam artē nō agūt per illā artē: ſicut videm' multos medicos:q̄ nō curāt ſe cū infirmant.⁊ hoc nō eſt niſi q: ali' 47

motoꝛ eſt pꝛincipalis actionis illarū actionum que agūtur per cognitio nem ꝛ artem: ꝛ ſi non: contingeret vt omne habēs cognitionē alicuius ope rationis non ageret niſi illam rem quam ſcit.

Capitulum decimum.

Appetitꝰ ꝛ itellectꝰ videntur eſſe duo mouētia.

AT vero neqꝫ appetitꝰ hmōi motus dn̄s eſt. Abſti nētes em̄ appetētes ꝛ ꝯcupiſcentes nō operant: quoꝝ hn̄t appetitū: ſꝫ ſequunt intellectum. ¶ Ui dentur autem duo hec mouentia: aut appetitus: aut intellectus. Si quis phātaſiam poſuerit ſicut intelligētiā quādā. Multa em̄ ꝑter ſciam ſequun tur phantaſias. Et in alijs aīalibus non intelligentia neqꝫ rō eſt ſed phantaſia. Utraqꝫ ergo motiua ſm locū intellectꝰ ꝛ appetitꝰ. ¶ Pꝛincipalitas igitur in hoc motu nō eſt cognitionis neqꝫ etiā deſiderij. Eremite.n. deſiderāt ꝛ ꝯcupiſcūt: ſꝫ non agunt ea ad q̄ mouētur ꝑ deſideriū: qꝛ ꝯſequuntur intellm̄. Appet igit ꝙ illud qđ facit motū eſt hec duo: deſideriū.ſ.ꝛ intellꝰ. Et ſi aliqs poſue rit ꝙ imaginatio eſt ſilis deſiderio. In pluribꝰ em̄ rebꝰ conſequi mur imaginationē ſine cognitione. Alia em̄ aīalia nō hn̄t exiſti mationē neqꝫ cognitionem: ſed imaginationem. Hec igit duo.ſ. deſiderium ꝛ intellectus ſunt mouētia de loco in locum.

48 Quod igitur dominat in iſto motu ꝛ appropꝛiat ei nō eſt cognitio: cū multotiēs moueamur a deſiderio: ſꝫ intellectus videat nos non debere moueri. Neqꝫ etiā qđ dominat in iſto motu eſt deſideriū: qꝛ multi hoīes deſiderāt: ſꝫ nō ꝯſequunt deſideriū: ſꝫ intellectū. ¶ Et cū declarauit ꝙ motꝰ localis impoſſe eſt attribui alteri iſtarū virtutū ſinglr.ꝛ appet etiā ꝙ vtraqꝫ illarū hꝫ introitū in mouēdo: motꝰ em̄ nō fit ſine deſiderio: neqꝫ ſine intellectu aut imaginatione. D.d. apparetꝛc.i. apparet igit ex hoc qđ diximus: ꝙ agens motū eſt duo: intellectus.ſ.ꝛ deſideriū: aut imaginatio que eſt ſimilis deſiderio. In pluribus enim rebus mouemur ab imagina tione ſine aliqua cogitatione ſicut aīalia mouentur. Alia em̄ aīalia nō ha bēt cogitationē: ſꝫ in loco cogitationis habēt imaginationē. Iſte igit due virtutes ſunt mouētes de loco in locū.ſ. intellectus aut imaginatio.

Intellectꝰ practicus differt a ſpeculatiuo fine. Ultimū ī intētione eſt pꝛincipium in actione. Idem.2. ph.89.

¶ Intellectus autē qui ꝓpter aliq̄d rationatur: ꝛ qui practicus eſt: differt autem a ſpeculatiuo fine. Et appetitus oīs ꝓpter ali quid eſt. Cuius enim appetitus hoc pꝛincipium practici intelle ctus. Ultimum autem pꝛincipium actionis eſt. Quare rationabi liter hec duo videntur mouētia appetitus ꝛ intelligentia practi ca. Appetibile enim mouet. Et ꝓpter hoc intelligentia mouet. quia pꝛincipium huius eſt appetibile.

¶ Et intellectus operatiuus: ꝛ eſt cogitās in re: differt a ſpecula tiuo in pfectione. Omne em̄ deſideriū eſt deſideriū ad aliqd. Deſi derium em̄ non eſt pꝛincipiū intellectus ſpeculatiui: ſed ille alius eſt pꝛincipium intellectus. Et ideo neceſſario apparet ꝙ hec duo ſunt mouentia.ſ. deſideriū ꝛ cogitatio apud actionē: deſiderium enim mouet: et ideo cogitatio mouet quia eſt deſideratiua.

¶D.⁊ intellectus per quē agit:⁊ eſt cogitatiuus:operatiuus differt a ſpe= 49
culatiuo in perfectione ⁊ fine. Finis eñ ſpeculatiui eſt ſcire tm̄: operatiui
autē operari.¶D.d.⁊ omne deſideriū ⁊c.i.et qꝛ omne deſideriū eſt deſide=
rium ad aliquid:ideo deſideriū non eſt principiū mouens intellectum ope
ratiuum:ſed illud deſideratū mouet intellectū: et tunc deſiderabit intelle=
ctus:⁊ cum deſiderauerit tūc mouebitur homo.ſ.a virtute deſideratiua que
eſt intellectus aut imaginatio.¶D.d.ideo neceſſario ⁊c.i.⁊ qꝛ principium
motus eſt ex deſiderato:apparet ꝙ hec duo mouent hominem.ſ.deſideriū
⁊ conſenſus qui ſunt erga operationē ſm̄ hunc modum.ſ.ꝙ faciens deſide
rare ⁊ mouere qđ eſt intellectus idem ſunt: ſed eſt mouens quia facit deſi=
derare rem.¶Et hoc intendebat cum.d.deſideratum enim ⁊c.i.deſideratū
enim quia ipſum eſt quod mouetur ad rem quam comprehendit:et eſt in=
tellectus operans aut imaginatio:et intellectus quā comprehēdit aliquid
deſiderabit per ſcientiā:⁊ mouebit per deſideriū. neceſſe eſt vt ipſe intelle=
ctus ſit mouēs ſm̄ ꝙ eſt deſiderans:nō ſm̄ ꝙ eſt cōprehendens: neqꝫ ſm̄ ꝙ
deſideriū eſt alia virtus ab intellectu:que eſt etiā mouēs ſm̄ ꝙ ipſe declara
bit poſt.¶Et hoc qđ ipſe.d.de intellectu operatiuo intelligēdū eſt de ima=
ginatiōe.aīalia eñ vniuerſaliter mouent̄ ab imaginatiōe:ſi igit̄ forma fue
rit imaginata ex cogitatione:tūc mot⁹ attribuet̄ intellectui operatiuo: et ſi
non fuerit ex cogitatione:tunc attribuetur ipſi virtuti imaginatiue.

Finis intellectus ſpeculatiui ē ſcire tm̄. pratici vero opari. Vide. 2. me. t.c.3. et 8. tex. cō. 34.

Intellectus ē mouēs ſꝫ ꝙ ē deſiderās nō ſꝫ ꝙ ē ꝯphēdēs. Idē 3. cō. 29.

¶Et phantaſia cum moueat non mouet ſine appetitu. Unū igi
tur mouens primo quod appetibile. Si enim duo intellectus et
appetitus mouerent ſm̄ communē vtiqꝫ aliquā ſpeciē mouerēt.
Nunc autē intellectus non videtur mouens ſine appetitu. Volū=
tas enim appetitus eſt: cū autē ſm̄ rationē mouetur ⁊ ſm̄ volun
tatem mouetur. Appetitus autē mouet preter rationē. Concupi=
ſcentia quidem enim appetitus quoddam eſt.

Volūtas appetit⁹ eſt.

¶Et principiū huius erit in tempore in quo mouetur imagina=
tio. Nullus igitur motus erit extra deſideriū. motor igit̄ eſt vnus
ſ.deſiderans. Mouens eñ ſi eſſet duo.ſ. intellectus ⁊ deſideriū.
tūc mouerent̄ modo cōi. Modo autē intellectus nō videtur mo=
uere poſt deſideriū. Volūtas eñ et deſideriū qñ mouent̄ in cogi=
tatione:tūc voluntas mouet: ⁊ deſiderium mouet motu qui non
intrat cogitationem. Appetitus autem eſt aliquod deſiderium.

¶Id eſt.⁊ principiū huius motus qui eſt ex re deſiderata erit in tēpore in 50
quo imaginatio mouet̄ a re deſiderata ſine appetitu. Imaginatio eñ prio
cōprehendit deſideratū.ſ.patit̄ ab eo ſm̄ cōprehenſionē:⁊ cū comprehende
rit ipſum forte deſiderabit:⁊ cū deſiderauerit et non erit illic aliquod deſi=
deriū contrariū:neqꝫ alia virtus anime cōtraria.tūc mouebit animal in lo
co ad illud deſideratū.¶D.d.motor igitur eſt vnus.i. motor igitur qui eſt
deſideratū:qꝛ eſt vnus cōtinget vt illud qđ mouet̄ ab ea qđ eſt mouēs an
imal.ſ.virtus deſideratiua ſit vna etiā:⁊ hoc eſt aut intellect⁹ aut imagina
tio:ſm̄ ꝙ vtrūqꝫ eſt deſiderās.⁊ ſi mouēs aīal eſſet duo.ſ.intellectus per ſe:
et virtus deſideratiua per ſe:ſm̄ ꝙ ſunt diuerſa:tūc motus aīalis non ꝓue
niret ab eis niſi accidētaliter.ſ.ꝑ naturā cōem iſtis duabus virtutibus que
eſſet alia ab vtraqꝫ illarū.¶D.d.mō autē intellectus ⁊c.i.⁊ ſi ita eſſet cōtin
geret vt intellectus per ſe moueret animal: ⁊ etiā deſideriū per ſe: ⁊ non eſt
ita. Intellectus enim non videtur mouere niſi voluntarie:ſicut imaginatio
non videtur mouere ſine deſiderio.¶Et differentia inter voluntatē ⁊ deſi=

Dña iter volũtatē et appetitũ.

deriũ eſt:q2 qñ voluntas ⁊ deſideriũ mouēt:tunc volũtas mouet ſm cogitationem:deſiderium aũt mouet nõ ſm cogitationē.℄D.d.⁊ deſideriũ eſt aliqs appetitus ita cecidit in ſcriptura ⁊ eſt falſum:⁊ dz legi.⁊ appetitus eſt aliqđ deſideriũ.i.ꝙ pars aīe deſiderās eſt mouēs vniuerſalr.Si igił deſiderauerit p cogitationē dicet volũtas:⁊ ſi fuerit ſine cogitatione dicetur appetitus.Et demõſtrat hunc errorem alia tranſlatio in qua dicitur:appetitus autem mouet ſine cogitatione:q2 appetitus eſt motus deſiderij.

h

Intellect⁹ pncipioꝝ rectus eſt. Bonũ vel ꝙ aut appa rēs eſt ap petit⁹ ob iectum.

℄Intellectus quidem omnis principiorum rectus eſt. Appetitus autem ⁊ phantaſia recta ⁊ non recta .Unde ſemper quidem mouet appetibile. Sed hoc eſt bonum:aut apparens bonum. Non autem omne:ſed actuale bonum. Actuale enim eſt contingens et aliter ſe habere.

℄Omnis igitur intellectus eſt rectus. Appetitus autem ⁊ imaginatio quandoqꝫ ſunt recti:⁊ quandoqꝫ non. Et idõ pars appetitiua mouet ſemper:ſed hoc aut erit bonuꝫ:aut exiſtimabitur eſſe bonum:⁊ non in omnibus.illud eñ actuale eſt laudabile:⁊ actuale eſt illud quod poſſibile eſt vt habeat rem alio modo.

151 ℄D.⁊ oīs actio ex intellectu eſt recta:actiones aũt que fiunt ex appetitu ⁊ imaginatione qñqꝫ ſunt recte:qñqꝫ non.Et ideo pars appetitiua mouet ſp:q2 mouet ad rectũ:⁊ nõ rectũ.Intellectus autem non mouet niſi ad rectum tm̄:⁊ ideo non mouet ſemper.℄D.d.ſed hoc aut eſt bonum ⁊c.ſed hoc erga quod mouet virtus appetitiua:aut eſt bonum:aut exiſtimatur eſſe bonum

I ſed non eſt.Et hoc bonum ad quod mouetur iſta virtus non eſt bonum cõmune oībus.Illud enim bonum qđ eſt in actu ſemper eſt laudabile ſimplr. ℄Et hoc intēdebat cũ.d.ſꝫ nõ in oībus.illud eñ actuale eſt laudabile.i.⁊ illud bonũ exiſtēs in omnibus.illud eñ bonũ qđ ſemper eſt actuale eſt laudabile.℄D.d.⁊ actuale eſt illud qđ poſſibile eſt ⁊c.i.⁊ bonum qđ eſt pura actio eſt bonũ qđ mouet alio modo a modo ſm quē mouent iſta bona:que quandoqꝫ ſunt potentia:qñqꝫ actu.℄Et poteſt intelligi per hoc quod .d. ſed non in omnibus.i.⁊ bonũ ad quod moueł iſta virtus:non eſt bonum ſecundum totum.i.ſemper ⁊ ſimplr.illud.n.bonũ quod eſt actũ ponitur eſſe laudabile.℄Uel alr:ſꝫ nõ in oībus.i.ſꝫ bonũ qđ comprehendit iſta virtus nõ eſt bonũ exiſtēs laudabile ab oībus:ſed bonum intellectui : operationi eſt laudabile apud illam virtutē:⁊ bonũ qđ põt inueniri alio modo ab eo ſm quē eſt bonũ.Bonũ autē cõe oībus eſt bonũ purum. ℄Et intentio in iſtis eſt propinqua:⁊ quaſi iſta poſtrema videtur conuenientior.

Bonũ qđ ſp ē actuale ē laudabile.oppoſitum.5.ethi.ca.16.

℄Qđ quidem igitur huiuſmodi potentia anime mouet que vocatur appetitus manifeſtum eſt. Diuidentibus autem anime ptes:ſi ſecundum potentias diuidant ⁊ ſeparent valde multe fiũt. Uegetabile:ſenſibile:appetitiuum:intellectiuum: conſiliatiuum. Hec eñ plus differunt abinuicem:ꝙ concupiſcibile ⁊ iraſcibile.

℄Iam igitur apparuit ꝙ talis virtus anime mouet:⁊ eſt que dicitur appetitiua. Et diuidentes animam ſi diuidunt eam ſecũdum virtutes:tunc inueniunt multas partes valde ſcilicet nutritiuam:⁊ ſenſibilem:⁊ intelligentem:⁊ cogitatiuam :⁊ deſideratiuam. Iſta enim diſtincta ſunt abinuicem : et magis deſideratiua ⁊ ſimiliter iraſcibilis.

¶ Ideſt. iam apparuit ex hoc ſermone ꝙ talis virtꝰ virtutū aīe q̄ cōprehē- 52
dit rem ⁊ deſiderat ipſam eſt virtꝰ mouēs aīal: ⁊ eſt q̄ dicit̄ appetitiua. ⁊ illi q̄ ſolēt diuidere aīam in tres aut in duas ptes: oportebat eos ſi itēdebat diuidere illā ſm̄ virtutes hn̄das: diuidere eas in plres ptes: cū plrs ĥeāt partes illis tribꝰ. V.g. nutritiuā: ſenſibilē: intelligibilē: ⁊ cogitatiuā.

¶ Quoniā autem appetitus ſunt contrarij adinuicem: hoc aūt accidit cum ratio ⁊ concupiſcentie contrarie fuerint. Sunt autē in ipſis temporis ſenſum habentibus. Intellectus quidem enim propter futurū retrahere iubet: cōcupiſcētia autē pp ipſum iam. Videtur eñ quod iam delectabile: ⁊ ſimpliciter delectabile: ⁊ bonum ſimpliciter: propterea ꝙ non videtur quod futurum.

¶ Et propter diuerſitatem appetitus contrariantur ſibi adinuicem: ⁊ hoc accidit quando modi appetitus fiunt oppoſiti: ⁊ non erit niſi habēti ſenſum per tempus. Et intellectus coget nos ad prohibendum propter rem futuram. Et appetitus propter rem preſentis voluptatis. Exiſtimatur enim ꝙ res preſentis voluptatis eſt voluptas ſimpliciter: quia non aſpicit rem futuram.

¶ Poteſt intelligi ⁊ pp diuerſitatē appetituū: q̄ ſunt in aīa concupiſcibili 53
cōtradicuntꝰ ſibi in motu adinuicē. ¶ Vel aliter. i. ⁊ pp diuerſitatē appetitꝰ aīe cōcupiſcibilis ab intellectu cōtradicūt ſibi adinuicē: ⁊ hoc eſt manifeſtius. D. d. ⁊ accidit hoc ⁊c. i. et hoc accidit in eadē re qñ modi appetituū in ea fuerint oppoſiti: ⁊ iſte modus cōtrarietatis non inuenit̄ niſi in aīali qđ cōprehēdit tēpus: qꝛ cōprehēdit aliquid ex re ī preſenti tēpore: ꝙ̄ illud qđ eſt ex ea in futuro. V.g. ꝙ in eadē re indicare: qđ modo eſt voluptabile ⁊ in futuro cōtriſtabile. D. d. ⁊ intellectus coget ad prohibendū: ⁊ intendebat demōſtrare diuerſitatē duorū modorū in appetitū. ſ. appetitū intellectus: ⁊ appetitū anime cōcupiſcibilis. Anima enim concupiſcibilis mouet ad rem que eſt in actu voluptuoſa: anima autē rationalis multotiens prohibet: ⁊ hoc propter nocumentū futurū. Verbi gratia coitus ⁊ crapula. Deinde dicit exiſtimatur igitur ⁊c. i. multi igitur exiſtimāt ꝙ res preſentis voluptatis eſt voluptuoſa ſimpliciter: ⁊ nunꝙ̄ cōtriſtabilis: quia virtus concupiſcibilis non inſpicit cōtriſtationem contingentē in futuro.

L
Aīa cōcupiſcibilis mouet ad rem q̄ eſt actu voluptuoſa: ſʒ ratiōalis m̄ltotiēs prohibet.

¶ Specie quidem igitur vnum erit mouens appetibile aut appetitiuum. Primum autem omniū appetibile: hoc enim mouet: cum non mouetur: eo ꝙ ſit intellectiuum: aut imaginatiuum: numero autem plura mouentia. Quoniam autem tria ſunt. vnum quidem mouens: ſcđm autem quo mouet: ⁊ tertium quod mouetur. Mouens autem duplex: aliud quidem immobile: aliud autem mouens ⁊ quod mouetur. Eſt autem immobile actuale bonum. Mouens autem: ⁊ quod mouetur appetitiuum. Mouetur enī quod mouetur ſm̄ ꝙ appetit: ⁊ appetitus actus aut motus quidam eſt. Quod autem mouetur animal eſt: quo vero mouet organo appetitus iam hoc corporeum eſt. Unde in communibus corporis ⁊ anime operibus conſiderandum de ipſis.

¶ Et mouens eſt appetitum ſecundū ꝙ eſt appetitum. Appetitum enim precedit aīa. Hoc enim mouet ⁊ non mouetur: quia

prium viſui inter iſtos tres eſt hoc: ꝙ cū medio indiget luce: nō.n. videt in obſcuro: ⁊ cū in aere acciderit fumus aut vapor q̃ ꝓhibeāt tranſitū lucis: debilitatꝫ viſio. ¶ Et ideo cū homo iraſcitꝫ ⁊ excitatur calor in oculo obſcurat viſus ꝓpter vaporem: ⁊ lux nō ē in oculo per nām oculi: ſꝫ intrat ipſum ab extrinſeco: et ſi eēt de eius nā tūc videret in obſcuro: ⁊ iō accidit ei qui claudit oculos ⁊ poſt aperit vt nō vere videat niſi poſtq̃ viſus eiꝰ fuerit illuminatus: ⁊ accidit viſui vt videat rē viſione ſpūali intrīſecꝰ: anteq̃ videat ipſam ab extrinſeco: ⁊ poſt declarabimꝰ cām in hoc: ⁊ iſta viſio nō accidit in maiori parte niſi in obſcuro: ⁊ apud quietē: ⁊ ē ꝓpriū huic ꝯprehēſioni ꝙ non ſit bona niſi in tēperata luce: nō in intenſa luce: nꝫ in pauca. ¶ Declaratum eſt igitur ꝙ ꝓpriū ē tribꝰ ſenſibus ꝯprehēdere ꝑ mediū: et ꝙ ꝓpriū ē viſui habere pñtiam corporis lucidi: vt dcm̄ eſt de lucido ⁊ diaphanitate in li. de aīa: ⁊ neceſſariū eſt: vt rete intrinſecus retiū oculi illuminetꝫ ab aqua q̃ eſt intra oculū: ſicut aqua illuminetꝫ ab aere. Uirtꝰ enim ſenſibilis eſt in orizonte iſtius retis in parte cranei: non in parte aeris: ⁊ ideo iſta retia .ſ. tunice oculi ꝯſeruāt virtutē aīe que ſunt media inter illaꝫ ⁊ aerem. ¶ Et ſignū eiꝰ ꝙ neceſſe ē viſui lucē puenire ad iſta retia ē: q: qñ contingit hoi percuſſio ſuper palpebram: ſtatim obſcurabitꝫ ocls: ⁊ extinguetꝫ lux que eſt in oculo: ſicut extinguitur candela ⁊ nihil videbit: et qñ declarabimus quomodo fit comprehenſio ab iſtis ſenſibus: tunc declarabuntur iſte res. ¶ Et cum declarata ſunt propria iſtarum virtutum in inſtrumentis et medijs: dicendum eſt de ſenſibilibus particulariter. In li.n. de anima dictum eſt de eis vlr. Illic eñ dictū fuit ꝙ ſenſibilia propria viſui ſunt colores: ⁊ auditui ſoni: ⁊ olfatui odores: et guſtui ſapores: et tactui tangibilia: remanet ergo notificare naturas eorum. ¶ Dicamus ⁊ ergo ꝙ elementa diuerſantur ſecundum multitudinem ⁊ paruitateꝫ diaphanitatis. U.g. aer ⁊ aqua: diaphanum autem eſt innatum recipere lucem et perfici ab illa: ⁊ cum diaphanum receperit lucem: fiunt ex hoc colores diuerſi ſm fortitudinem ⁊ debilitatem lucis ⁊ paucitatem ⁊ multitudinem diaphanitatis. ¶ Et hoc manifeſtum eſt ex coloribus diuerſis factis quādo lux ſolis adunatur cum nubibus. illi enim colores fiunt ab albedine lucis propter debilitatem lucis ex nigredine nubium. Uerbi gratia: colores qui ſunt in iride. Neceſſe eſt igitur vt color fiat ex admixtione corporis lucidi cum diaphano: et quia omnia compoſita fiunt ex quatuor elementis et diaphanū ex elementis eſt aqua ⁊ aer: ⁊ lucidū eſt ſolus ignis: ⁊ hoc eſt qñ fuerit mixtus: ⁊ ideo neceſſe ē vt colores ſint cōpoſiti ex iſtis duabus naturis .ſ. nā diaphani ⁊ nā illuminoſi: ⁊ ꝙ diuerſitas iſtaꝝ duaꝝ nāꝝ in quantitate ⁊ qualitate faciat diuerſitatē coꝝ. ¶ Color igitur albus fit ex admixtione ignis clari cum elemento quod eſt valde diaphanum .ſ. aere. Et color niger fit ex igne turbido qui admiſcetur cum elemento minime diaphanitatis .ſ. terra: et colores medij inter album et nigrum diuerſantur propter diuerſitatem iſtorum duorum ſm magis ⁊ minus .ſ. corporis lucidi ⁊ corporis diaphani: ⁊ ideo color albus ⁊ niger ſunt elementa colorum .ſ. mediorum: et qꝛ hoc manifeſtum eſt de colore: et color ē in ſuperficie corporis terminati: neceſſe eſt vt color ſit finis diaphani terminati ſm ꝙ eſt diaphanum terminatū: ⁊ per hoc diſtinguitur color a luce. Lux eniꝫ eſt perfectio diaphani non terminati: ⁊ color non fit in compoſito ex vicinitate partium minimarum diaphanarum que ſunt in elementis ſicut quidam dicebant. Nihil enim fit ex elementis ſecundum vicinitatem: ſed ſm complexionem vt dictum eſt in lib. de generatione. ¶ Et quia lux non apparet niſi in corpore diaphano opinati ſunt pythagorici quod generatio

lucis:non eſt corporum luminoroſum per ſe:niſi apd adunationem lucis
cum alio corpore:ſicut eſt diſpoſitio de igne. Ignis enim non lucet niſi qñ
adunatur cum alio corpore. Et differentia inter ignē ⁊ corpora celeſtia in
hoc eſt manifeſta. Et ex hoc qđ dictum ē de eſſentia coloris apparet ꝙ aer
primo recipit colorem:deinde cōducit eū ad viſum ſm ꝙ eſt diaphanū lu-
cidū. ¶ Et ſignū ꝙ aer patiť a colore ⁊ recipit eū eſt hoc ꝙ apparet de co-
loratione eiuſdem rei ſm illud per qđ tranſeunt nubes lucide. V.g. ꝙ quā-
do nubes pertranſeunt per plātas virides multotiēs coloranť par tes ꝑ
colorē illarum plantarū. Qm̄ aūt colores fiūt ex admixtione ignis cū cor-
poribus diaphanis:et ꝙ lux nō eſt cauſa tantū in inductione colorū ad
viſum:ſed in eſſe eorum manifeſtū eſt:⁊ dico etiā:qm̄ quēadmodum color
albus eſt vilior luce cum ſit ex ea:ita etiam alij colores albo ſunt viliores
et nigro cum fiant ex eis. ¶ Et quia colores fiunt ex albo ⁊ nigro ſm ma-
gis et minus:et diuerſantur in hoc diuerſitate infinita ſecundū materiam
ideo fuit neceſſe vt colores ſint infiniti in natura:qm̄ quantuncūqꝫ fuerit
imaginata ratio intrinſeca in eis aliquem modum mixtionis extrahet na
tura:licet ratio intrinſeca non poterit ꝓnūciare hunc modum. ¶ Et ideo
ars in hac intentione ſicut.d. Ariſto. eſt minor nā. Artifex enī qui poteſt
aſſimilare ſe nature ſm ſuum poſſe eſt melior. ¶ Et ideo eſt ratio ſpiritua
lis per quam ⁊ ex qua natura agit quod agit:et extrahit qđ extrahit nihil
hꝫ quod prohibeat naturam a cōprehenſione eius qđ dat ei:ſicut ē diſpō
in ratione ſpirituali intrinſeca per quam agit artifex. Anima em̄ beſtialis
exiſtēs in animalibus non impedit actiones nature:ſed gaudet et delecta
tur per illud qđ natura extrahit de coloribus et ſonis:quia ſunt exiſtētes
in anima beſtiali in potentia:qꝛ cum natura extrahit eos ⁊ ducit in actū:
tunc anima beſtialis gaudet per cōprehenſionē eoꝝ. Ratio aūt ſpiritua-
lis extrinſeca per quam agit ars ꝓhibeť ab aīa beſtiali:et ideo nō ꝯprehē
dit artifex ex eis que dat ei ratio ſpiritualis niſi paſſiones et accidentia
que acquirunt ex rebus quas dat natura:et ideo res priores in cognitio
ne apud artificem ſunt poſteriores in eſſe:econuerſo diſpoſitioni apud na
turam. ¶ Et etiam artifex eſt extra rem natura autem eſt intra ꝓ hoc igiť
differt ars a nā:⁊ iō colores tincture quos rō extrinſeca pōt dicere ſunt fi-
nite:colores aūt ꝗ ſunt in rōne extrinſeca fere ſunt infiniti:⁊ iō colores et
tincture multi ſunt a nā quos tinctores nō pñt inuenire. Ars.n. qꝛ ꝯſequi
tur nām ⁊ ꝓcedit a poſt:ſm nos apud nām aūt poſterior:iō nō cōprehē-
dit ex illis ordinib⁹ ꝗ ſunt apud nām:niſi ordines ꝗ ſunt multū remoti ad
inuicē inter quos ſunt multi ordines apud nām. Declaratū eſt igiť quare
eſſe coloꝝ in nā eſt aliđ ab eē coꝝ in arte. ¶ De ſonis aūt dcm̄ ē in li. de aīa
de odorib⁹ aūt ⁊ ſaporib⁹ determinādū eſt hic. ¶ Dicam⁹ igiť ꝙ manife-
ſtū eſt ꝙ nullū elīntoꝝ hꝫ ſaporē:⁊ odorē:⁊ ꝙ ſapor et odor ſūt admixti ſm
ꝙ eſt admixtū:et qꝛ forma cuiuſlibet admixti attribuiť dñio alicui⁹ quali
tatis quatuor:et conſiderandum eſt cui ꝗlitati attribuiť ſapor:in corpore
ſaporoſo. ¶ Dicamus igitur qꝛ guſtabile eſt nutrimētum aīalū:⁊ nutri-
mētū eſt ſīle aīali:et corp⁹ aīalis attribuitur dñio calidi⁹ et humidi;:iō ſa
por attribuitur caliditati ⁊ hūiditati.nā enim humidi magis ꝯuenit nāe
animalis ꝙ̄ nāe terre. ¶ Et ſignū ꝙ nā hūidi eſt cā ſaporis in mixto eſt ꝙ
guſtabilium quedam ſunt ſaporoſa in potentia:⁊ quedam in actu. Sapo
roſa aūt in actu ſunt hūida in actu:ſicca vero in actu ſunt ſaporoſa in po
tentia:et non fiunt ſaporoſa in actu donec fiant humida in actu. V.g. ſal:
ſal enim non eſt ſaporoſum:donec humefiat ⁊ diſſoluantur:⁊ cum ita ſit ſa
por neceſſario fuit ex mixtione ꝑtis ſicce cū ꝑte humida:qñ fiunt digeſta

D Ignis nō lucet niſi cū aduna tur cum a lio corpe. Idem.4. ce.cō.32.

E De ſapo rib⁹. Nullū ele mentorū hꝫ odore aut ſapo rē.16.2. de aīa.ꝯ.07

ex calore aliqua digõne:⁊ modi ſapoꝝ diuerſant̃ ſm̃ diuerſitatem horum duorum in paucitate ⁊ multitudine. Dulcedo ergo attribuit̃ caliditati et humiditati. Amaritudo autem caliditati ⁊ ſiccitati: aut frigiditati ⁊ ſiccitati in reſpectu humiditatis dulcedinis:⁊ ſapores qui ſunt inter iſtos fiũt

F

De odoribus. ex his duabus naturis:ſicut colores fiũt ex albo ⁊ nigro. ¶De odoribus autem apparet ꝙ materia coꝝ ſit ſapor:q̃ fit ex admixtione ſiccitatis cum humiditate. Appet.n.per inductionẽ ꝙ oẽ hñs odorem hʒ ſaporem. Et qꝛ odores ſunt de genere vapoꝝ fumoſoꝝ:⁊per hũc modũ defert eos aer:nõ attribuuntur ſiccitati ⁊ caliditati qui fit ex ſiccitate mixta cum humiditate habente ſaporem ſm̃ ꝙ habet saporẽ. ¶Et teſtat̃ ꝙ n̄r odorabilium eſt fumoſa:hoc qđ multa non habent odorẽ:⁊cũ appropinquauerint igni habebunt odorem:p hunc modũ hʒ hõ ꝓpriũ in cõprehẽdẽdo odores p malaxationes. Iſtud enim inſtr̃m p ſuã caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ innatũ eſt mouere hanc ſubſtãtiã a re guſtabili:et ideo appet ꝙ hõ melius diſtinguit dr̃ias ſenſibilium olfatus q̃ȝ cetera aĩalia:⁊ tñ multa aĩalia fortius cõprehẽdũt odores ex remoto. Dictum eſt igit̃ de ꝓprietatibus inſtroꝝ iſtoꝝ ſenſuuȝ. Perficiendus eſt igitur ſmo in qualitate ꝯprehẽſionis. de hoc.n. vtr deciſũ fuit in li. de anima. ¶Dicamus igit̃ ꝙ opiniones antiquoꝝ in ꝯphenſiõe ſenſibilium ſunt quatuor. Quarum vna eſt opĩo dicẽtiũ ꝙ forme ſenſibiliũ

Pri^a opi^o Platonis. ſunt in anima ⁊ in actu:⁊ ꝙ non acquirũt eas ab extriſeco:⁊ ꝙ forme extrinſece ſolummodo excitant ⁊ faciunt rememorari illud qđ tenet ex eis:⁊ iſta eſt opinio Plato. aut fere.

Scd^a opinio. ¶Scđa aũt eſt opĩo dicẽtiũ ꝙ non eſt ĩ anima aliquid ſenſibilium in actu:ſed acq̃rit ea ab extrinſeco:et iſti diuidunt̃ in duo. Quidam.n. dicũt ꝙ acquiſitio formaꝝ extrinſecaꝝ eſt acq̃ſitio corporalis non ſpiritualis.ſ. ꝙ eſſe earũ in aĩa erit ſm̃ diſpõnẽ ſm̃ quã extra animam ſunt. Illi aũt qui dicunt ꝙ cõprehẽſio rerũ extrinſecaꝝ et acquiſitio earum eſt acquiſitio ſpũalis:ſunt bipartiti. Quidã enim dicũt ꝙ in cõprehenſione earum non indigẽt medio. Dicũt.n. ꝙ anima cõphẽdit ſuum ſenſibile extrinſecum:⁊ mouendo ſe ad ipſum ⁊ ſupponendo ſe illi: et iſti ſunt opinantes viſionem eſſe per radios exeũtes ex oculo ad rẽ viſaȝ. quidam aũt dicũt ꝙ aĩa recipit ſuũ ſenſibile mediãtibꝰ mediĳs. Pꝛĩo.n. recipiunt ea media.⁊ poſtea reddunt illud ad ſenſum cõem:et indifferẽter ſiue medium fuerit inſtr̃m:aut corpus extrinſecũ. ¶Dicẽtes aũt ꝙ aĩa non indiget medio:habent duas rõcinationes vt narrauit Ari. ¶Quaꝝ vna ẽ ꝙ hic ſi non reciperent medium ⁊ non mouerent̃ ad ſenſibilia nõ indigerent motu forti apud ſentire. ¶Et ſcđa eſt ꝙ ſi forme ſenſibiles venirent ad animam per mediũ:tũc aĩa non poſſet recipe ex formis niſi q̃tum additur illi. ¶Dicẽtes vero radios exeuntes ab oculo hñt rõnes ſufficiẽtes et fortior earum eſt hoc ꝙ ponunt in aſpectu.ſ. qđ cãe viſiõis ⁊ eiꝰ qđ accit in viſione ſunt linee radiales recte aut reflexe aut conuerſe. et hi quidem ponunt qđ viſio fit p figuram pyramidalem exeuntẽ ab oculo ⁊ pueniẽtẽ ad rem viſam. Iſti igitur exiſtimauerũt qđ iſte linee ⁊ figure non pñt deſcribi niſi in corpore exeunte ab oculo et eſt radius. ¶Nos autem dicimꝰ qđ viſus et quod accidit ei non fit cõplete niſi p hmõi lineas ⁊ pyramidem et iſtud quidem eſt verũ:ſʒ dicimus ꝙ iſte mẽſure nulli hñt ſubm niſi medium diaphanum. hoc.n. corpꝰ innatũ eſt recipe formã ⁊ colorẽ hoc mõ receptionis. Modo aũt dicẽdũ eſt qđ de impoſſibꝰ ꝯtingẽtibꝰ huic opĩoni:⁊ quod.d. Ari. faciendum eſt poſt. ¶Mõ aũt dicamꝰ qđ qui.d. qđ forme ſenſibilium ſunt exñtes in aĩa in actu:⁊ qđ non indigẽt extriſecis ſenſibilibꝰ niſi ad rememorationem:falſum eſt:qm̃ ſi iſte forme eſſent in ea actu:tunc non indigerent formis extinſecis in ſentiendo eas:⁊ tũc neceſſe eſt ſentire

ſenſibilia añq̄ ſentiret ea extrinſec⁹:⁊ etiā ſi ita eſſet:tūc inſtrīa eſſent ocioſa ⁊ ſuꝑflua. Natura aūt nihil facit ocioſe. ¶Sermo aūt dicentiū ꝙ forme ſenſibiliū imprimunť in aia impſſione corꝑali deſtruiť ꝑ hoc ꝙ aia recipit formas ꝯtrariorū inſimul:⁊ hoc nō tm̄ inueniť in aia:ſȝ ī medijs. Appet.n. ꝙ ꝑ eādē ꝑtē aeris recipit vidēs ꝯtraria.ſ.albū ⁊ nigrū:⁊ hoc etiā qd̄ vr̄ ꝙ maxima corpa cōprehēdunť a viſu ꝑ pupillā:lȝ ſit ita ꝑua:adeo ꝙ cōprehēdit medietatē ſphere mūdi eſt ſignū ꝙ nō exiſtūt colores ī ea ſm̄ extēſionē corporalē ſȝ ſpūalē. ¶Et ideo dr̄ ꝙ iſti ſenſus nō cōprehēdūt intētiones ſenſibiliū niſi abſtractas a mā. Nō.n.apphēdūt intētionē coloris niſi abſtractā a mā:⁊ ſilr olfat⁹ ⁊ ſaporis ⁊ aliorū. ¶Et cū declaratū eſt hāc cōprehēſionē eē ſpūalē:dicem⁹.ſenſus negātib⁹ cōprehēdere,ꝑ mediū ꝙ intentiones q̄s aia cōprehēdit ſpūalr:q̄dā ſunt vľes.ſ.itelligibilia:⁊ q̄dā ꝑticulares.ſ. ſenſibilia:⁊ illi duo modi intētionū aut cōprehēdunť ab aia vno mō modorū ſpūaliū:aut ambob⁹:ſȝ ſi eſſent vno mō tūc intentiones vľes ⁊ ꝑticulares eſſent eedē:qd̄ ē impoſſe. Cōprehēdit igiť itētiones vľes vno mō:⁊ ꝑticulares alio mō. vľes aūt cōprehēdit cōprehēſione nō cōicāte cū mā oīno:⁊ iō nō īdigēt medio. ꝑticulares vo cōprehēdit ꝑ res ꝯuenietes reb⁹ ꝑticularibus.ſ.ꝑ media:⁊ ſi hoc nō eſſet:tūc intētiones cōprehēſe eſſent vľes nō ꝑticulares:et ꝙ eſſe formarū ī medijs eſt medio mō iter ſpūale ⁊ corꝑale. Forme eñ a extra aiam hñt eſſe corꝑale purū:⁊ in aia ſpūale purū:⁊ ī medio mediū iter ſpūale ⁊ corꝑale. ¶Et dico media ī hoc loco inſtrīa ſenſuū ⁊ ea q̄ ſunt extra ſenſū: inſtrīa igiť nō indigēt ſenſib⁹:niſi q: cōprehēſio corꝑ eſt indiuidualis: vľes aūt nō indigēt iſtis inſtrumētis. Manifeſtū eſt igiť ex hoc ſermone ꝙ ꝓpter hoc ꝙ iſta ſunt ī aia ſpūalia ꝑticularia:iō cōprehēſio eſt ꝑ mediū:⁊ recte fit hoc. Natura eī nō vadit de oppoſito ad oppoſitū niſi ꝑ mediū:⁊ impoſſe ē vt ſpūale acq̄rať a corꝑali niſi ꝑ mediū:⁊ ideo q̄to magis iſta media fuerint ſubtiliora:tāto magis cōprehēſio erit melior. Sermo aūt dicētis ꝙ ſi aia cōprehēderit ꝑ mediū nō reciperet niſi ſm̄ q̄titatē corꝑis medij.ſ.ꝙ ſi eſſet paruū reciperet ipm̄ paruū:⁊ ſi magnū magnū. verū eſt in cōprehēſione corꝑali nō ſpūali. ¶Et Ariſt. deſtruit ſermonē dicētiū ꝙ virtus viſibilis extēdiť ab oculo:donec perueniat ad rē viſam ab oculo per rōnes:quarū vna eſt ꝙ ſȝ hoc poſſe eēt videre ī obſcuro ſicut eſt ī luce. dicētes aūt radios extēdi nō indigēt medio neq̄ luce. Et etiā ſi virtus aie.ſ.ſenſus cōis extenderet ad res viſas:tūc nō indigeret retibus oculi. Neq̄ eſſet ꝙ qñ deſtrueret aliqd̄ rete ꝙ iſta virtus corrūpereť:⁊ etiā ſi aia extēderetur donec occurreret ſenſibili:tūc eodē mō cōprehenderet oīa viſa ꝓpinq̄ ⁊ remota. ⁊ vlr dicētes radios exire ab oculo non pñt fugere ad duo:aut ponere iſtos radios eſſe corꝑales:aut nō:ſȝ ſi corꝑales cōtinget vt viſio ſit in tꝑe:⁊ maxime qñ res viſa fuerit remota. Declaratū eſt.n.ꝙ oē corpus motū mouetur in tꝑe:⁊ etiā intelligūt corpus exire a pupilla:deinde dilatari quouſq̄ ſuꝑponať medietati celi:qd̄ eſt impoſſe. ¶Et etiā aia viſibilis dȝ eſſe ordinata in hoc corꝑe:⁊ nullū corpus in aiali eſt ſbm anime niſi calor naturalis:⁊ ſi calor nālis ſeparareť ab oculo ſtatim infrigidareť ⁊ annihilareť:⁊ ſi illud qd̄ erit ab oculo ſit lux nō corp⁹:tūc nō poſſemus dicere ꝙ aia eſt poſita in illa luce. ſbm.n.aie eſt ſba nō accidēs:⁊ cū aia nō fuerit poſita in illa luce ſȝ intra oculū:quō igitur cōprehēdit ſenſibilia cū nō tāgit ea. oīs eñ actio ⁊ paſſio fit ꝑ cōtactū:⁊ hoc aut per mediū aut ſine medio:ſi per mediū neceſſe eſt primo moueri mediū per cōtactū:⁊ ſic neceſſe eſt ſi poſuerimus ꝙ illud qd̄ erit ab oculo eſt lux dicere medium eſſe:⁊ ſi non:non perueniret motus ſenſibilis ad ſenſum. ¶Et nulla differētia eſſet inter hunc ſermonem ⁊ ſermonē dicentē ꝙ viſio cōpleť per medium ⁊ lucem:lux enim apud nos non

B Anima recipit formas ꝯtrariorū inſimul. Idē 6.me. cō mē.8.

Nota differētiaȝ īter itētiones vľes ⁊ particulares.

D a Forme extra aiaȝ hñt eē corporale purū: ⁊ ī aia ſpūale purū:⁊ ī medio mediū iter ſpūale ⁊ corpo rale.

E Nullū corp⁹ in aiali ē ſbm anime:niſi calor nālis.

eſt ipſo oculo ſʒ ex extrinſeco: ſed hoc nõ dicũt: ꝛ ſi dicerẽt hoc ꝯtingeret eis
videre in obſcuro: ꝛ fecit nos errare hic ꝙ nõ viderſit iſtũ ſpiritũ per quẽ ſit
viſio ꝯuenientem luci: quapropter opinati ſunt ipm̃ eſſe lucẽ credẽdo ꝙ lux
eſt corpus. Gal. aũt intãtũ applicabatur errori ꝙ extiſtimauit aerẽ eſſe ſen=
tientẽ. ¶Et cũ declaratum eſt quõ ꝯprehẽdit aĩa ſermone vll: cõſideremus
quõ ordinatur iſta ꝯprehẽſio ꝑ mediũ in trib⁹ ſenſibus. Dicamus igitur ꝙ
aer mediãte luce recipit prius formas rerũ deinde reddit eas reti extrinſeco
ꝛ rete extrinſecũ reddit eas alijs motibus quouſqȝ motus ꝑueniat ad vlti=
mum rete poſt qđ eſt ſenſus cõis: ꝛ in medio iſtoꝝ retiũ ꝯprehẽdit rete grã
dinoſum formã rei: ꝛ eſt .q. ſpeculũ medium inter nãm aeris ꝛ nãm aque: et
iõ recipit formas ex aere: q2 eſt .q. ſpeculũ: ꝛ reddit eas aque: q2 natura eius
eſt cõis inter has duas naturas: ꝛ aqua de qua .d. Ari. ꝙ eſt poſt humorem
grãdinoſum ẽ illa quã vocat Gal. vitreũ: ꝛ iſta pars eſt poſtrema partium

L oculi: ꝛ ꝑ illã aſpicit ſenſus cõis formã: ꝛ cum ſenſus cõis recipit formã red
dit eã informãti: ꝛ eſt virt⁹ imaginabilis: ꝛ tũc recipiet eã informans rece=

Forme habent tres ordines.

ptione magis ſpũali: ꝛ tunc illa forma erit in tertio ordine. Forme igiẗ hñt
tres ordines: quoꝝ vnus eſt corpalis. ꝛ ſcđs eſt in ſenſu cõi: ꝛ eſt ſpũalis. ter
tius autẽ eſt in virtute imaginatiua: ꝛ eſt magis ſpiritualis. ¶Et q2 eſt ma
gis ſpũalis ꝙ̄ in ſenſu cõi: nõ indiget virtus imaginatiua in faciẽdo eã pre
ſentẽ p̃ntia ſenſibilis rei extra: ꝯ cõuerſo diſponi in ꝟtute ſenſus. informãs
aũt nõ aſpicit illã formaȝ ꝛ abſtrahit intẽtionẽ eius niſi poſt maximã quie
tẽ ꝛ intuitionẽ magnã: ꝛ ordies iſtius forme in iſtis virtutib⁹ ſunt: ſicut .d.
Ari. .q. hõ acciperet ſpeculũ hñs duas facies ꝛ aſpiceret in alterã illaꝝ dua
rum facieꝝ: ꝛ poſuerit ſcđam faciẽ in directo aque: ꝯtingit .n. tũc vt forma
aſpiciẽtis ſigneẗ in ſpeculo: deinde de ſpeculo ſignabiẗ in aqua. ſi igiẗ ali=
quis inſpexerit faciẽ ſpeculi .ſ. faciẽ q̄ eſt in directo aque: videbit illam can=
dem formã deſcriptam ſcđo de aqua in ſpeculo. forma igiẗ aſpiciẽtis eſt ſen
ſata: ꝛ ſpeculũ eſt aer medius: ꝛ aqua eſt oculus: ꝛ ſcđa facies ſpeculi eſt vir
tus ſenſibilis: ꝛ homo ꝯprehendẽs eam eſt virtus imaginatiua: ſi igitur in
ſpiciens inſpexerit in hoc ſpeculo amitteẗ forma a ſpeculo ꝛ aqua: ꝛ rema=
nebit inſpiciẽs in ſcđa facie ſpeculi imaginãdo formam: ꝛ ita eſt de virtute

M imaginatiua cum forma q̄ eſt in ſenſu cõi: qm̃ qñ ſenſatũ abſentauerit ſe ſta

Qñ ſenſatuȝ abſñs fuerit ſtatim recedit forma ei⁹ a ſenſu cõi remanebit virt⁹ imaginatiua imaginãdo illam.

tim abſentabit ſe forma eius a ſenſu cõi: ꝛ remanebit virtus imaginatiua
imaginãdo illam. Declaratũ eſt ex hoc ꝙ ſenſus cõis videt formam mediã
te oculo: ꝛ oculus mediãte aere: ꝛ videt eam in humore aquoſo q̄ eſt in ocu
lo mediante grandinoſo ex aqua q̄ eſt in oculo ꝛ aere q̄ eſt extrinſecus: ꝛ hu
mor aquoſus eſt ille quẽ Gal. vocat vitreũ quõ autẽ viſus ſit ꝑ media de=
claratũ eſt. ¶Quõ autẽ olfatus fit mediãte aere ꝛ aqua dicẽdũ eſt: hoc .n.
fit ꝑ preparationẽ exiſtem in aere ad recipiendũ olfatile. Iſta .n. ꝛ elemen=
ta innata ſunt reddere ſibi adinuicẽ fumos factos ex eis ꝓpter ꝯſimilitudi
nem q̄ eſt inter ea. Terra aũt reddit aeri vaporẽ humidũ: ꝛ aer recipit ipm̃
ꝓpter cõiunctionẽ cum humido: ꝛ aer reddit ipm̃ igni ꝓpter cõiunctioneȝ
q̄ eſt inter ea in calore. quõ aũt aer reddit ſonũ dictum eſt in lib. de anima
proprietas autẽ cõprehẽſionis iſtoꝝ ſenſuum in aĩalibus nõ eſt eadẽ. Ho=
mo em̃ cõprehẽdit dr̃ias reꝝ ꝛ intẽtiones earum ꝓprias q̄ ſunt in re ſenſa=

N ta .q. medullam de fructu: in aĩali aũt bruto cõprehendunt ea q̄ ſunt extra=
que ſunt quaſi cortices fructuũ. ¶Et ſignum eius eſt ꝙ bruta nõ mouẽtur

Hõ ꝯphẽdit dr̃ias reꝝ quaſi medullã.

a ſenſibilibus: ſicut homo moueẗ: homo .n. moueẗ apud cãtum: qđ non fa=
ciunt bruta: ꝛ ſiľr moueẗ homo a tincturis ꝛ figuris motu quo nõ mouenẗ
bruta: ꝛ ſiľr de modis ſaporis ꝛ odoris: licet bruta cõicent in hoc propter
corporeitatẽ iſtorum: ꝛ ſiľr eſt de virtute tactus. manus em̃ hominis ꝓpriũ

hȝ in hoc qđ nõ hȝ aliquod: ⁊ hõ cognoſcit ꝑ olfatū saporē ꝯuenientē ⁊ inconuenientem: ⁊ curãt ꝑ olfatibilia: ſicut per guſtabilia. Olfatibilia.n.curant ab infirmitatibꝰ capitis: q̃ caput eſt frigidū ⁊ humidū: ⁊ olfatum eſt in maiori parte calidū ⁊ ſiccum: ⁊ auditus in hoīe eſt via ad diſciplinã. Diſciplina.n.nõ fit niſi ꝑ loquelã: q̃ non redditᷓ niſi per auditū: ſed intelligere quid verba ſignificant nõ eſt auditus: ſed intellectus: ⁊ quilibet ſenſus iſtorum in hoīe eſt via ad prima intellecta exñtia in illo gñe: ⁊ precipue auditꝰ ⁊ viſus. ¶ Et ideo.d.Ari.ꝙ illa que non carent his duobus ſenſibus ſunt maioris intellectus ⁊ melioris comprehenſionis. Iſta igitur eſt ſumma eorum que dicta ſunt in hoc tractatu breuiter: quod aūt dicitur in fine iſtius tractatus in dando cām de fortitudine ⁊ debilitate rememorationis loquendum eſt de eo in ſecundo tractatu.

fructū. bruta aūt ꝗſi coꝛtices fructuum.

¶ Finis Libri de ſenſu ⁊ ſenſato.

¶ Ariſto. Stragy. De Memoria ⁊ reminiſcentia. Liber vnicus.

De memoria autē ⁊ memorari dicenduȝ quidē: ⁊ propter quã cauſam fit: ⁊ cui anime partium hec accidit paſſio ⁊ reminiſci. ¶ Non.n.iidem ſunt memoratiui ⁊ reminiſcitiui: ſed vt frequēter memorabiliores quidem qui tardi: ⁊ reminiſcibiliores autē qui veloces: ⁊ bene diſcentes. ¶ Primum quidem igitur accipiendū eſt qualia ſunt memorabilia. Multotiens.n. decipit hoc: neqȝ eñ futura cõtingit memorari: ſed eſt opinabile ⁊ ſeparabile. Erit autem vtiqȝ ⁊ ſcientia quedã ſeparatiua: quēadmoduȝ quidã diuinatiuã dicūt: neqȝ preſentis eſt ſed ſenſus: hoc.n.neqȝ futurū nec factum cognoſcimus: ſed tm̄ pñs. Memoria aūt facti eſt: pñs aūt cum adeſt: vt hoc album cū aliquis videt nullus vtiqȝ dicet memorari: neqȝ qđ cõſideratᷓ cum ſit cõſiderans ⁊ intelligens: ſed hoc quidem conſentire dicunt: aliud aūt ſcire ſolū. Cuȝ vero ſine actionibus ſciam ⁊ ſenſuȝ habeat ſic memoratᷓ eas que trianguli ꝙ duobus rectis equales: hic quidē quia didicit aut ſpeculatus fuit. illud vero qm̄ audiuit: aut vidit: aut aliqđ tale. Sēper.n.cum ſm̄ memorari agat. ſic in aīa dicit ꝙ hoc prius audiuit aut ſenſit: aut intellexit. ¶ Eſt quidē igitur memoria neqȝ ſenſus neqȝ opinio: ſed hoꝝ alicuius habitꝰ: aut paſſio: cum factū fuerit tēpus ipſius aūt nunc in ipſo nūc nõ eſt memoria ſicut dictū eſt. Eſt eniȝ quidē preſentis ſenſus: futuri vero ſpes: facti aūt memoria eſt: vñ poſt tp̄s memoria oīs. Quare quecunqȝ tēpus ſentiūt: ⁊ quo hec ſola aīalia memorantᷓ ⁊ iſto quo ſentiunt. Quoniam autem de phantaſia prius in his que de anima dictum eſt: ⁊ intelligere non eſt ſine phantaſmate. Accidit enim eadem paſſio intellectui: que quidem ⁊ in deſcribendo. Ibi enim nulla vtētes ꝗ̃titate trigoni determinata: tamē finitum ſecūdum ꝗ̃titatem de-


A Non iidē ſunt memoratiui ⁊ reminiſcitiui.

B Quid eſt obiectum memorie.

C Quid eſt memoria

Pñtis ſenſus. Futuri ſpes. Facti ſo memoria

ſcribimus: ⁊ intellectus ſimiliter: ⁊ ſi non intelligat quantum: po
nitur tamen ante oculos quantum: intelligit autẽ non ẜm ꝙ quã
tum ſolum. Si autem natura ſit infinitorum quantorũ: antepont
Nihil cõ= tur tñ quantum determinatum. Intelligit autem ẜm ꝙ quantũ
tingit ſi= ſolum: ꝓpter quam igitur cauſam nõ contingit intelligere nihil
ne medio ſine continuo neqꝫ ſine ratione temporis entia: alia vero rõ ma=
gnitudinem autem ⁊ motum cognoſcere neceſſe quomodo tẽpus
D ⁊ phantaſma cõis ſenſus paſſio eſt: quare manifeſtũ ꝙ primo ſen
Memoria itellectui ſitiuo horum cognitio eſt: memoria autem ⁊ que eſt intelligibiliũ
ẜm accñs non ſine phantaſmate eſt: quare intellectui ẜm accidẽs vtiqꝫ erit
erit per ſe per ſe autem primi ſenſitiui: vnde ⁊ alteris quibuſdam ineſt ani=
aũt primi malium: ⁊ non ſolum hominibus ⁊ habentibus opinionem aut
ſenſitiui. prudentiam. Si autem intellectiuarum aliqua partium eſſet non
vtiqꝫ ineſſet multis aliorum animalium: forte autem nulli morta=
lium: qm̃ neqꝫ nunc omnibus: ꝓpter id quod non omnia tempo=
ris ſenſum hñt. Semper.n. cum agat memoria ſicut ⁊ prius dixit.
qm̃ vidit: hoc autem audiuit aut didicit ſimul ſentit: quia prius:
prius autem ⁊ poſterius in tempore ſunt. Cuius quidem igitur
eorum que inſunt anime memoria ſit manifeſtum: qm̃ quidẽ cui⁹
Dubitatio. ⁊ phantaſia eſt: ⁊ ſunt memorabilia per ſe quidem: quorũ eſt phã
taſia: ẜm accñs autẽ quecunqꝫ non ſine phantaſia. ¶ Dubitabit
autem vtiqꝫ aliquis ꝓpter quid quidem paſſione preſente: re ve=
ro abſente memoratur quod non eſt pñs. Manifeſtuꝫ.n. quoniã
opꝫ intelligere talem aliquam factam per ſenſum in anima et in
parte corporis habente ipſam velut picturam quandam paſſio=
nem cuius dicimus habitum eſſe memoriam. Factus enim mo



Trigonum.

tus imprimit velut figuram quandam ſen=
C Qui male hñt memoriam. ſibilis ſicut ſigillantes annulis. ¶ Unde ⁊
his quidem qui in motu multo ꝓpter paſ=
ſionem: aut ꝓpter etatem ſunt non fit me=
moria: tanqꝫ vtiqꝫ in aquam fluentem inci=
dente motu: ⁊ ſigillo: aliis quidem propter
frigida eſſe ſicut antiqua edificiorum: ⁊ pro
pter duritiem accipientes impreſſionem nõ
inſit impreſſio: propter qđ quidẽ multi iuue
nes ⁊ ſenes immemores ſunt. fluunt.n. hi quidẽ ꝓpter augmẽtũ
illi vero ꝓpter decrementũ. Similiter autẽ ⁊ multũ veloces: aut
Senes et pueri male memorantur. tardi neutri videnẗ memores. Hi quidẽ.n. plus oportuno humi=
diores ſunt: illi vero duriores. His quidẽ igiẗ nõ manet phantaſ
ma in anima. Alios vero non tangit: ſed ſiquidem tale accñs eſt
circa memoriam: vtrum hanc memoratur paſſionem: aut illud a
quo facta eſt. Siquidem.n. eſt hoc abſentium nihil vtiqꝫ rememo
rabitur: ſi vero illud quo modo ſentiẽtes: hoc memoramur ꝙ nõ
ſentim⁹ quod abſens: ⁊ ſi eſt ſimile ſicut figura aut pictura in no=

bis ipſius ſenſus ꝓpter quid vtiq̄ erit memoria alterius:ſed non huius ipſius. Agens.n.memoria ſpeculatur hanc paſſionē hn̄s: ⁊ ſentit hāc. Quo modo igiť non pn̄s memoratur:erit.n.vtiq̄ videre non p̄ſens ⁊ audire. G Solutio. ¶ Aut eſt vt contingit ⁊ accidit hoc:vt enim in tabula ſcriptum animal:⁊ aīal eſt ⁊ imago:⁊ idem ⁊ vnū ipſum eſt ambo:eſſe tn̄ non eidem amborū:⁊ eſt cōſiderare:⁊ ſicut aīal ⁊ ſicut imaginē:ſic ⁊ quod in nobis phātaſma opʒ ſuſcipere ⁊ ipſum aliquid ſm ſe eſſe:⁊ alterius phantaſma ſm ſeipſum quidem ſpeculamur vt phantaſma eſt:inquantum vero alterius imago ⁊ memorabile:quare ſenſerit cum agit motus ipſius: ſiquideʒ inquantū ſm ſe:ſic anima ipſum vt intelligibile aliquid aut phātaſma videtur adeſſe:ſi auteʒ inquantuʒ alterius:⁊ ſicut in pictura tanq̄ imaginem cōſiderat:⁊ qui non vidit corriſcuʒ vt corriſci imaginem hec alia paſſio huius ſpeculationis:⁊ quādo ſicut animal vel pictum cōſiderat in anima hoc quidē fit vt intelligibile ſolum:hoc autem vt ibi:quia imago memorabile. Et hoc aliquādo neſcimus:factis nobis in anima hmōi motibus ab eo qđ priꝰ ſentimus. Si ſm ſenſibile accidit:⁊ ſi eſt memoria aut nō dubitamus quandoq̄. Aliquando autem accidit intelligere reminiſci: quoniam aliquid audiuimus prius aut videmus:hoc autem accidit quando ſpeculans tanq̄ ipſum permutetur ⁊ conſideretur ſicut alterius. Fit autem aliquando ⁊ contrarium vt accidit antiphorentite ⁊ aliis extaſim paſſis. Phantaſmata.n.dicebant vt facta ⁊ vt memorantes. Hoc autem fit cum aliquis imaginem non tanq̄ imaginem conſideret:meditationes autē memoriā ſeruant in reminiſcendo:hoc autē nihil eſt aliud q̄ ſpeculari multotiens ſicut imaginationē ⁊ nō ſm ſe. H De cā cōſeruatiua memorie. ¶ Quid quidē igiť eſt memoria: ⁊ memorari dictū eſt:q̄m phantaſmatis vt imaginis:cuius phantaſma habitus. ⁊ cuius particule earum que in nobis: quia p̄mi ſenſitiui ⁊ quo tempus ſentimus.

¶ Capitulum ſcđm de Reminiſcentia.

A De reminiſci aūt eſt dicere. Primū quidē igiť queciq̄ in argumētatiuis rationibus vera ſunt: opʒ ponere vt extūtia. Non.n.eſt memorie reſumptio reminiſcentia neq̄ acceptio.cum.n.primū addiſcat: aut patiať non reſumit memoriam neq̄ vnam: nulla.n.ante facta eſt:neq̄ ex principio accipit:cum.n.factus fuerit habitus aut paſſio:tunc memoria eſt:quare cū paſſione q̄ fit non inſit. Adhuc aūt cū primo facta eſt in indiuiduo ⁊ vltimo:paſſio quidē inexiſtit iam patienti ⁊ ſciētia. Si opʒ vocari ſciētiam habitū aut paſſionem. Nihil aūt ꝓhibet ſm accñs memorari quedā que ſcimus memorari aūt ſm ſe nō eſt ante factum tēpus. Memorať.n.nūc que audiuit:aut videt:aut paſſus fuit prius:non quod nunc paſſus eſt memoratur nunc. Amplius manifeſtum: quoniam me- B

moꝛari eſt non nunc reminiſcentem: ſed a pꝛincipio ſentientem aut
patientem. Sed cum reſumat quam pꝛius habuit ſcientiam: aut
ſenſum: aut cuius quidem habitum memoꝛiam diximus: hoc eſt
et tunc reminiſci eſt: non eoꝛum que dicta ſunt aliquid: memoꝛari
autem accidit: ⁊ memoꝛiam ſequitur. Neq; hoc itaq; ſimpliciter:
C ſed cum ante eſſent iterum fiant: ſed eſt vt eſt: aut vt non. Bis em̄
diſcere ⁊ inuenire contingit eundem idem. Opoꝛtet ergo differre
reminiſci ab his: ⁊ in ente pluri pꝛincipio q̄ ex quo addiſcunt re-
miniſci. Contingunt autem reminiſcentie: quoniam aptus natus
eſt hic motus ab iam poſt hunc: ſiquidem enim ex neceſſitate mani-
feſtum ꝙ cum moueatur illo hoc mouebitur. Si autem non ex ne
ceſſitate ſed ex conſuetudine vt ad multum mouebitur. Accidit
autem quoſdam ſemel conſueuiſſe velocius q̄ alios multotiens
motos: vnde quedam ſemel videntes magis memoꝛamur q̄ alte
ra multotiens. Cum ergo reminiſcimur mouemur ſm̄ quendam
pꝛimoꝛum motuum: quouſq; vtiq; moueamur poſtq̄ ille conſue-
uit: vnde ⁊ ꝙ conſequenter venamur meditantes a nunc aut ali-
D quo alio. ⁊ vt a ſimili: aut a contrario: aut pꝛopinquo: pꝛopter hoc
fit reminiſcentia. Motus enim hoꝛum: hoꝛum quidem iidem: ho
rum autem ſimul: illoꝛum autem partem habent. Quare reliquū
paruum qđ motum eſt poſt illud: querunt quidem igitur ſic. ⁊ nō
querentes autem ſic reminiſcuntur: cum poſt alterum motum ille
fiat: vt autem ſm̄ multa alteris factis motibus quales diximus
fiebat ille. Nihil autem opoꝛtet intendere que pꝛocul ſunt quomo
do memoꝛemur: ſed non que pꝛope. Manifeſtum eſt enim ꝙ idē
modus aliqualiter: dico autem quomodo dicit ꝙ conſequenter
non perquirens neq; reminiſcens: conſuetudine enim conſequū-
tur motus hic poſt hunc. Et cum igitur reminiſci voluerit hoc fa
ciet: queret accipere pꝛincipiū motus: poſt qđ ille erit: vnde citiſſi
me ⁊ optime fiunt a pꝛincipio reminiſcentie. Sicut enim ſe habēt
res adinuicem in eo ꝙ ꝯſequēter: ſic ⁊ motus: ⁊ ſunt magis remi
E niſcibilia: quecūq; oꝛdinationē habent aliquā: ſicut mathemati-
ca: que autem praue/grauiter. ¶ Et in hoc reminiſci differt ab
iterum addiſcere: quia poſſunt quodāmodo moueri in id qđ eſt
poſt pꝛincipiū: cū ꝑ ſe non ſed per aliud non adhuc rememoꝛatur.
Multotiēs autē iam quidā non pōt reminiſci: querēs autē pōt
⁊ inuenit: hoc autē fit multa mouenti: ſi moueat hmōi motu quē
cōſequitur res. Meminere em̄ eſt ineſſe potētiam mouentē. hoc
autē eſt vt ex ipſo ⁊ quib⁹ habet motibus moueatur ſicut dictum
eſt. Opoꝛtet autem acceptum eſſe pꝛincipium pꝛopter quod a lo-
cis opoꝛtet reminiſci aliquando. Cauſa autem eſt quia velociter
ab alio in aliud veniunt: vt a lacte in album: ab albo autem in
aerem: et ab hoc in humidum: a quo meminit autūni: hanc que-
rens hoꝛam. Uidetur autem vniuerſale pꝛincipium et medium

Quecūq; oꝛdinatio- nē aliquā habēt ſūt magis re- miniſcibi lia.

Dīa iter reminiſci ⁊ iterū ad diſcere.

omnium. Si enim non prius cum in hoc veniat reminiſcetur: aut non iam: neq; aliunde: vt ſi quis intellexerit: in quibus

A B G D E Z I T

Quomodo ab vno in reminiſcentia alterius ducimur.

a.b.g.d.e.z.i.t. Si enim non in.e. reminiſcitur in.t.meminit: hoc enim ad ambo motũ eſſe ꝯtingit: ⁊ in.a.⁊ in.c. Si vero nõ horum aliq̇d querit in.g.veniens reminiſcet: ſi in.i.aut.z.inquirit. Si autē non in.a.⁊ ſic ſemꝑ. Eius autem qḋ ab eodē aliq̃n q̇dē meminere: aliq̃n autem nõ.cã eſt: qꝛ ꝯtingit ad plus motum eſſe ab eodē principio: vt ab ipſo.g.in.z.aut in.d. Si igitur non ꝑ antiquũ ꝼ
mouetur incõſuetius mouetur. Tãq; eñ natura iã ꝯſuetudo eſt: Cõſuetudo ē tãq̃ natura.
vñ que multotiens intelligimꝰ cito reminiſcimur: ſicut.n.nã hoc poſt hoc eſt: ſic⁊ operatio hec multotiēs naturã facit. Qm̃ autem ſicut in his q̃ ſunt natura: ſic fit extra naturam: ⁊ a fortuna adhuc magis in his q̃ ꝑ ꝯſuetudinem.ſunt: quibꝰ natura non ſilr ineſt: quare moueri aliq̃n ⁊ ibi ⁊ alicubi alterq;: ⁊ cum retrahatur inde ipſo caſu quoq;: ⁊ ꝓpter hoc.n.indigeat nomen reminiſci diſſimile quo ſcimus in illud ſollicitamur: reminiſci q̇dem igit̃ hoc accidit mõ. Maxime autē opꝫ cognoſcere tꝑe: aut mēſura: aut infinite. Eſt autem aliq̇d quo iudicat magis ⁊ minus: rõnabile autem ſicut ⁊ magnitudines: intelligit.n.magnas ⁊ ꝓcul nõ extendēdo ibi intelligentiã ſicut viſum dicũt q̇dã. Et nãq; cum non ſint ſimul intelliget ſed ꝓportionali motu: ſunt.n.in ipſa ſimiles figure ⁊ motus. Quo.n.differt cũ maiores intelligat: aut qꝛ illa intelligit q̃ minora: oĩa.n.q̃ inter minora ꝓportionalr: ⁊ que extra: eſt autem forte ſicut ⁊ ſpeciebꝰ ꝓportionale accipere: ſed in ipſo ſic ⁊ diſtantijs: ſicut igit̃ ſi ſm.a.b.b.e.mouet̃ facit.g.d.ꝓportionabile eñ eſt.a.g.⁊.d.g.q̇d ergo magis.g.d.q̃.z.i.facit aut ſicut.a.g.ad a.b.ſe hꝫ ſic.k.t.ad.t.m.ſe hꝫ: ſm has igit̃ ſimul mouet̃. Si vero ſm.a.z.z.i.velit intelligere ei quidem q̃.g.b.b.e.ſilr intelliget: ſed pro.t.c.k.l.m.intelliget: hec.n.ſe hñt: ſicut.c.a.ad.b.a. Cũ igit̃ rei ſi fiat motus ⁊ tꝑis: tunc memoria agit: ſi autem putet nõ faciens memorari: nihil.n.prohibet mentiri quēadmodum ⁊ videri memorari non memorantem. Agente autem memoria non putare: ſed latere memoratum non eſt: hoc.n.erat ipſum memorari: ſed ſi qui rei fiat ſine eo qui tꝑis: aut ipſe ſine illo non reminiſci: qui vero eſt tēporis dupliciter eſt: aliq̃n quidem.n.menſura nõ meminit ipm̃: vt quia tertia die qḋ tamen aliquando fecit: aliq̃n autem ⁊ menſura: ſed memoratur q̃uis non mēſura. Conſueuerũt.n.dicere: qm̃ memorantur quidem: q̃n tamen neſciunt cum ipſius quando nõ cognoſcunt quantitatē metro. Qḋ quidem igitur non ſunt iidem memoratiui ⁊ reminiſcitiui in prioribꝰ dictũ eſt. Differt au-

tem memorari a reminiſci/nõ ſolum ſm tempus:ſed quoniã ipſo
quidem memorari ⁊ aliorum animalium participant multa. Sed
reminiſci nullum vt eſt dicere que cognoſcuntur animalium niſi
B
Nullum aial reminiſcit:niſi homo.
homo:cauſa autem eſt quia reminiſci eſt vt ſyllogiſmus quidam:
qḋ enim prius vidit aut audiuit: aut aliquid huiuſmodi paſſus
fuit:ſyllogizare reminiſcens:⁊ eſt vt queſtio quedam: hec autem
quibus ⁊ deliberatiuum ineſt natura ſolis accidit. Et nãqꝫ delibe
rare ſyllogiſmus quidam eſt: ꝙ autem corporea quedam paſſio
reminiſcẽtia queſtio in tali phãtaſmatis ſignum turbari quoſdã
cum non poſſunt reminiſci:⁊ valde adhibentes intelligentiam:⁊
non adhuc conantes reminiſci:nihilominus ⁊ maxime melanco-
licis:hos enim phantaſmata mouent maxime. Cauſa autẽ eius
ꝙ non in ſeipſis eſt reminiſci:quia ſicut proiicientibus: non am-
plius in ipſis ſiſtere:ſic ⁊ reminiſcens ⁊ inueſtigans aliquod cor-
porale mouet in quo paſſio eſt. Maxime autem turbantur: quibꝰ
humiditas fuerit exiſtẽs circa locum ſenſitiuum. Non enim facile
pauſat mota quouſqꝫ ſupueniat quod queritur:⁊ recte procedat
motus. Unde ⁊ ire ⁊ timores cum contramouerint:⁊ non contra-
mouentibus iterum his non ſedantur:ſed ad eadem contramo-
uent:⁊ comparatur hec paſſio nominibus ⁊ melodiis:⁊ rationi-
bus cum per hos fiat aliquid ipſorum valde. Pauſantibus enim
⁊ non volentibus accidit iterum cantare ⁊ dicere:ſunt autem ⁊ ſu
periora maiora habentes. Nam prius memoratiui q̄ꝫ contrariis:
propter id qḋ grauitatem multam habent in ſenſibili:⁊ quia neqꝫ
a principio motus poſſunt immanere ſed diſſoluti ſunt:neqꝫ in re
miniſcendo facile recte procedunt. Penitus autem noui ⁊ multũ
ſenes immemores ſunt propter motum:hi quidem enim in decre-
mento:illi vero in augmento multo ſunt. amplius autem pueri ⁊
vanoſi ſunt vſqꝫ ad longam etatem. ¶ De memoria quidem igi-
tur ⁊ memorari que ſit natura ipſorum:⁊ que earum que ſunt ani
me memorantur animalia. Et de reminiſci quid eſt:⁊ quo mõ fit:⁊
propter quam cauſam:dictum eſt.

Finis.

IN ſecundo tractatu huiꝰ tractatus incipit ꝑſcrutari de
rememoratione ⁊ inquiſitione ꝑ rememora-
tionem:⁊ dicit ꝙ res comprehenſe:aut ſunt comprehenſe in in-
H
ſtanti ⁊ in tempore preſenti. ¶ U.g. comprehenſibilia ſenſus aut
Quid eſt rememoratio.
future ſunt:⁊ iſte ſunt res exiſtimabiles:aut preterite. Et manife
ſtum eſt ꝙ rememoratio eſt in iſtis:non enim vocamus rememorationẽ niſi
illius qḋ preſciebatur in preterito. Rememoratio eſt reuerſio in preſenti in
tentionis comprehenſe in preterito. Inueſtigatio autẽ ꝑ rememorationem
In q̄bꝰ eſt memoratio ⁊ in q̄bus non.
eſt inquiſitio iſtius intentionis per voluntatem:⁊ facere eã preſentari poſt
abſentiam:⁊ ideo viſum eſt ꝙ inueſtigatio per rememorationẽ eſt propria
huiuſmodi. Memoratio autem eſt in omnibus aialibus imaginantibus:et
exiſtimatur ꝙ multa gña aialiũ non imaginantur ſicut vermes ⁊ habentia
cõchas. Rememoratio aũt differt a ꝯſeruatione:q꞉ conſeruatio eſt illius qḋ

ſemper fuit in anima poſtq̄ fuit comprehenſum. memoratio autē eſt eius
qđ fuit oblitum: et ideo rememoratio eſt conſeruatio abſciſa: conſeruatio
autem eſt rememoratio continua. Iſta igitur virtus eſt vna in ſubiecto et
due ſm modum. Rememoratio igitur eſt cognitio eius qđ fuit cognitū ſm
ꝙ fuit cognitum poſtq̄ cognitio eius fuit abſciſa. inueſtigare autem per re
memorationem eſt acquiſitio cognitionis: ⁊ laborare ⁊ facere cogitatiuam
laborantem in repreſentatione illius cogitationis: ⁊ iſta actio eſt virtꝰ que
dicitur rememoratiua. ¶ Conſideremus igitur quid eſt iſta virtus ⁊ cuius
ordinis eſt de virtutibus anime: ⁊ manifeſtum eſt ꝙ eſt de virtutibus com
prehendentibus res particulares indiuiduas. rememoratio enim alicuius
non fit niſi poſt ſenſum ⁊ imaginationem eius ſm ꝙ fuit ſenſatum et ima=
ginatum. vniuerſalis enim natura quātitatis quā intellectus cōprehendit
non comprehenditur a virtute rememoratiua: non; eīm cōprehēdit niſi quā
titatem terminatā quā preſenſit ⁊ imaginabatur. quō aūt rememorat̄ vni=
uerſale dicendum eſt poſt. ¶ Et cū manifeſtum eſt de hac virtute ꝙ iſta vir=
tus eſt particularis: ⁊ ꝙ indiget in ſua actione vt precedant illam due virtu
tes. ſ. virtus ſenſus ⁊ virtus imaginationis. cōſideremus in quo differt illa
virtus virtute imaginationis: apparet enim: licet non ſint idem ꝙ habeāt
cōmunicationē in actione. ¶ Dicamus ergo ꝙ manifeſtū eſt: ꝙ licet omnis
rememoratio ⁊ inueſtigatio per rememorationem non ſit niſi propter ima
ginationē: tñ intentio rememorationis alia eſt ab intentione imaginatio=
nis: ⁊ ꝙ actio iſtarum duarum virtutum eſt diuerſa. Actio enim virtutis re=
memoratiue eſt facere preſentare poſt eius abſentiam intentionem rei ima
ginate: ⁊ iudicare ipſam eſſe illam intentionem quam ante ſenſit ⁊ imagina
batur. Sunt igitur quatuor. imago: ⁊ intentio illius imaginis: ⁊ facere illā
intentionem eſſe preſentem: ⁊ iudicare eam eſſe intentionem illius imagi=
nis que prius ſentiebatur. facere igitur imaginem eſſe preſentē: neceſſe eſt
vt ſit alterius virtutis a virtute que cōprehendit intentionē: ⁊ iſta virtus
inuenit̄ duobꝰ modis. Si eīm cōprehenſio eius fuerit cōtinua dicet̄ ꝯſeruās.
ſi diuiſa dicet̄ rememoratiua. Iudicare aūt ꝙ iſta intētio eſt iſtius imagina
ti eſt in hoīe in intellectu: q̄ iudicat in eo ſm affirmationē ⁊ negationem et
in aīalibus rememoratiuis eſt ſil̄e actioni: iſta eīm virtus eſt in hoīe per co
gnitionē: ⁊ ideo inueſtigat per rememorationē: in alijs autem eſt natura: et
ideo rememorant aīalia: ſed non inueſtigant per rememorationē. ¶ Et iſta
virtus in animalibus non habet nomen: ⁊ eſt illa quam Auic. vocat exiſti=
mationem: ⁊ per hanc virtutem fugit animal naturaliter nociua: lʒ nunq̄
ſenſerit ipſa. ſunt igitur tres actiones trium virtutuʒ: quarum due ſunt ſiſe
per duas res ſimplices: ex quibus componitur forma compoſita ex eis: qua
rū. ſ. rerū vna eſt imago rei, ⁊ ſcđa intētio imaginis rei. tertia autem eſt vir=
tus cōponens has duas intentiones adinuicem. in formis enim imagina=
bilibus eſt aliquid. q. ſubiectum. ſ. lineatio ⁊ figura: ⁊ aliquid quaſi forma.
et eſt intentio illius figure. indiuiduū enim extra animam: quia eſt cōpoſi
tum accidit ei vt ſit in aīa ſm hoc: ⁊ ꝙ receptio duarum partium ex quibus
componitur ſit duarum virtutum diuerſarum: ⁊ ꝙ compoſitio earum ſit ter
tie virtutis. Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone eſſe tres virtutes: virtu=
tem. ſ. que facit preſentari imaginem rei: ⁊ virtutem que facit preſentari in=
tentionē illius imaginis: ⁊ virtutē q̄ cōponit illā intētionē cū ſua imagine:
et ideo inueſtigatio per rememorationem completur per iſtas tres virtu=
tes quando vnaqueq; earū facit preſentari ſuum ꝓprium. ¶ Et Ariſto. de=
clarat ꝙ iſta virtus rememoratiua eſt alia a virtute imaginatiua: ⁊ ꝙ ſunt
duo in diffinitione ⁊ ſubiecto per hoc q̄ quēq; cōprehendimus intentionē

I Quō differūt imaginatiua et memoria. Que ſit actio virtutis rememoratiue

forme imaginabilis ſine forma imaginabili:⁊ qñq; cõprehendimus formã abſq; eo ꝙ ſpoliemus intentionẽ forme:⁊ ideo poſſumus retinere multa in

L ſimul:⁊ nõ poſſumus imaginari ea:⁊ iam diximus ꝙ virtus ꝯſeruationis⁊ rememorationis eſt idẽ in ſubiecto ⁊ duo ſm modũ.ꝙ igitur virtus imaginatiua cõprehẽdit de ſubiecto eſt illud qđ pictor deſcribit ī pariete. ⁊ illud qđ cõprehendit virtus rememoratiua eſt intẽtio illius picture:⁊ iõ qđ exiſtit in rememoratiua magis eſt ſpũale ꝙ̃ qđ exiſtit in virtute imaginatiua. ⁊.q̃r actio iſtarũ duarũ virtutũ in formis ſenſibilibus eſt altera duarũ actionũ aut cõpoſitio aut diuiſio:qñ eñ iam reduxerint formã quam iam ſenſit tũc facit cõpoſitionem:⁊ hoc erit ſicut diximus qñ vtraq; virtus fecerit preſentari vtrãq; intentionẽ ſimplicẽ ſibi propriã:⁊ cõpoſuerit eas tertia virtus.Diuiſio autem eſt in diffinitione rei ſenſibilis dum fuerit ſenſibilis:et hoc erit qñ ſentiens ſenſerit primo rem extra animã : deinde imaginauerit

Virtꝰ cõſeruationis ⁊ memorationis eadẽ ſbo differens ſm modũ.

M imaginãs:deinde diſtinxerit diſtinguẽs intentionẽ illiꝰ forme a ſuo deſcripto cuius eſt intentio:deinde recipit ꝯſeruans illud qđ diſtinguẽs diſtinxit.ſi igiƭ amiſerit ipſum tunc reductio eius erit ſm cõpoſitionẽ.¶Et quia iſta virtus eſt diuerſarũ actionũ:ideo hʒ diuerſa loca in capite:⁊ q̃r ſentiẽs ſentit primo:deinde imaginaƭ imaginãs:deinde diſtinguit diſtinguẽs: deinde recipit ꝯſeruans:neceſſe eſt vt imaginãs ſit in orizonte anteriori cerebri:deinde cogitãs ſit in medio:deinde memorãs ⁊ cõſeruans in poſteriori cerebri.¶Et hoc notũ eſt ſenſui:cũ eñ cõplexio anterioris cerebri ledetur ſtatim ledetur imaginatio illius hois:⁊ remanet cogitatio ⁊ rememoratio ſm ſuum modũ. Et cũ mediũ fuerit leſum ledetur cogitatio.Et cum poſterius memoria.¶Et ideo manifeſti ſunt quinq; ordines: quoꝝ primus eſt corporalis magni corticis:⁊ eſt forma ſenſibilis extra alam.Secũdus autẽ eſt eſſe iſtius forme in ſenſu cõi:⁊ eſt primus ordinũ ſpiritualium.Tertius eſt eſſe eius in virtute imaginatiua ⁊ eſt magis ſpiritualis.Quartus eſt in virtute diſtinctiua.Quintus aũt eſt eſſe eius in virtute rememoratiua : et eſt magis ſpũalis:recipit eñ medullã eius qđ diſtinguũt tres virtutes a cortice.¶Declaratũ eſt igiƭ cuius eſſe eſt iſta virtus:⁊ quã ſubſtantiã habet:⁊ ꝙ eſt alia ab imaginatiua ⁊ diſtinctiua:⁊ ꝙ actio eius nõ cõpleƭ niſi ꝑ cõicationẽ diſtinguẽtis ⁊ informãtis:aut in cõpoſitione:aut in diuiſione : et declaratũ eſt ꝙ ꝯſeruatio eius eſt ꝯtinuatio eſſe intentionis ſenſibilis ī hac virtute ſine abſciſſione:⁊ ꝙ obliuio eſt amiſſio eius vel diuiſio:⁊ ꝙ rememoratio eſt reductio eius poſt obliuionẽ:⁊ ꝙ inueſtigatio rememoratiõis eſt acquiſitio eius:⁊ qđ eſt ꝓpriũ homini:⁊ iõ ꝯſiderandũ eſt quõ hõ rememorat illud qđ ſenſit ⁊ oblitus eſt.¶Dicamus igiƭ ꝙ hoc eſt per facere ꝑſentari intentionẽ illius rei:⁊ cũ virtus rememoratiua fecerit illã ꝑſentari imaginãs faciet preſentari formã illius rei:⁊ diſtinguẽs cõponet intẽtionẽ quã diſtinxit ⁊ diuiſit qñ ex intẽtionibus in quas forma diuidiƭ cõponiƭ intẽtio forme:igiƭ preſentatur a rememoratiua.Deſcriptio igiƭ eius preſentaƭ ab imaginatiua.⁊ cõpoſitio intẽtionis cũ deſcriptione fit a diſtinctiua:⁊ ꝑ cõgregationẽ iſtarum trium virtutũ preſentaƭ res oblita apud inueſtigationẽ rememorationis.ſi igitur fuerit difficile homini tunc continget propter debilitatẽ alicuius iſtarũ virtutum.propter quam debilitantur alie:et iſta leſio que accidit quibuſdã virtutũ per quaſdam accidit in maiori parte ſuperiori per inferiorem.¶V.g.q̃r imaginatiua leditur per leſionẽ ſenſus ⁊ non econuerſo:⁊ ſimiliter.diſtinctiua leditur per leſionem imaginatiue:et non econuerſo : et memoratiua leditur per leſionem diſtinctiue:⁊ non econuerſo.Illud enim quod eſt magis ſpirituale leditur per leſionẽ eius qđ eſt minus ſpirituale ⁊ non econuerſo.Et non accidit apud congregationem

De ſitu virtutũ in cerebro.

Idẽ vide 3.de aĩa. ſ.6.⁊.20.

N

Quõ hõ reduciƭ in memoriã.

Illud qđ eſt magis

ET cũ iã diximus de hac virtute: dicẽdũ eſt de ſomno ⁊ vigilia. Et primo vtrũ appropriẽt aſe vel corpori: aut vtriq; ⁊ cui parti aſe attribuũtur: ⁊ cui mẽbro corporis: ⁊ vtrũ quolibet ex aialibus hʒ alterã iſtarũ duarũ virtutũ aut vtrãq;. ¶ Sõn⁹.n. ⁊ vigilia deſcribunt multis modis. dr̃.n. q ſomn⁹ eſt ſenſus in potẽtia nõ rerũ exiſtẽtiũ. dormiẽs.n. videt: q̃ſi comedat ⁊ potet et ſentiat per oẽs q̃nq; ſenſus. Uigilia aũt eſt ſenſus in actu. *Prĩa dſcriptio ſõnij. Qđ ẽ ĩ potẽtia ẽ priuatio ei⁹ qđ ẽ ĩ actu. Jđ. 9.me.c.3.* ¶ Et ex hoc apparet q ſomnus eſt priuatio vigilie. qđ.n. eſt in potentia eſt priuatio eius qđ eſt in actu. Et ſenſus q̃ eſt in potentia in ſomno: quandoq; contingit vt exeat in actũ in ſomnijs veris prenũciatiuis mirabiliũ: ⁊ tũc ſenſus q̃ eſt in potentia erit nobilior ſenſu q̃ eſt in actu. ſenſus aũt q̃ eſt in potẽtia ſi fuerit falſus eſt vilis: ⁊ ſenſus in actu eſt nobilior eo. ¶ Et videtur ſicut dicit Ariſto. q ſenſus actualis eſt corporalis: ⁊ potentialis eſt ſpũalis. Corporalis aũt eſt nobilior apud ſentiẽs corporale. Spũalis vero eſt nobilior apud cõphendẽs ſpũale. ſimplex autẽ ſpũalis eſt nobilior corpali: ⁊ ſenſus ſpũalis nõ ſolũmõ inuenit in ſomno ſʒ etiã in vigilia apud cõgregationẽ ⁊ adunationẽ triũ virtutũ: ſicut diximus prius. ¶ Et ex his duabus deſcriptionibus apparet q he due virtutes ſunt eedẽ in ſbto ⁊ due ſm modũ ⁊ diffinitionẽ: ⁊ q ſubiectũ earũ eſt virtus ſenſibilis cõprehẽdens. ⁊ q ſunt communes aie ⁊ corpori. actio.n. aie ſenſibilis eſt cõis aie ⁊ corpori: q2 nõ agit niſi per inſtrũ: ⁊ apparet q nõ dʒ attribui niſi virtuti ſenſus cõis ex hoc q dico. Impoſſibile eſt eñ vt attribuant virtuti nutritiue. plãte eñ nõ hñt ſomnũ cũ nõ habeãt cõprehẽſionẽ: ⁊ cũ nõ attribuatur aie nõ comprehenſiue: remanet vt attribuatur aie comprehẽſiue ⁊ irrõnali. aial.n. irrõnabile dormit: ⁊ quia animal dormiens non caret in ſomno aliquo de inſtrumentis ſenſus: aut inſtrumẽtis motus: ⁊ cũ hoc neq; ſentit neq; mouetur: ſcimus q cũ in ſomno eſt q cõprehẽdens ſenſibilia receſſit ab inſtrumentis illis ad inferius corporis. *Tertia ſõnij deſcriptio* ¶ Et quia declaratũ eſt in libro de aia hic eſſe virtutem ſenſibilem communem omni ſenſuum que indicat diuerſitatem ⁊ multitudinẽ ſenſibilium: ſcimus q illud qđ receſſit ab iſtis inſtrumentis eſt ſenſus communis: ⁊ q quiditas ſomni eſt introitus iſtius virtutis ſenſibilis communis in corpus: ⁊ q vigilia eſt motus iſtius virtutis ad ſua inſtrumẽta extra corpus. ¶ Et ideo ſomnus deſcribitur: ita q eſt quies motus ⁊ q vigilia eſt continuatio motus: ⁊ iſte ſermo magis demonſtrat quiditatem ſomni q̃ p̃dictus: q2m aũt ſõnus eſt introitus ſenſus cõis ad interi⁹ corpis manifeſtũ eſt. ¶ Et ſignũ eius eſt: q2 vigilãti accidit ſic. ſ. q2 trãſeũt per ipſm ſenſibi-

lia ⁊ nõ ꝯprehẽdit ea:⁊ hoc erit cũ cogitauerit maxie de aliquo:tũc eñ co=
gnoſcũt inſtrumẽta aie ſenſibilis:⁊ inducũt cõem ſenſum ad interius cor=
poris:⁊ ad adiuuãdũ cogitatiuã.virtus eñ cogitatiua viget apud quietẽ
aliorũ ſenſuũ:⁊ iõ ꝯprehẽdit homo in ſomno futura nõ in vigilia:⁊ iſta vir
tus cogitatiua iuuat preſentãdo illud qδ hꝫ de imagineꝰ illius rei:⁊ colat
ipſam imaginatiua:vt ſit preſens in virtute cogitatiua.intẽtio eñ q̃ cõpre
hendit ꝑ cogitationẽ eſt ſpũalis:⁊ hoc nõ accidit alicui aĩaliũ:niſi homini
q̃ nõ hñt intellectũ:⁊ tñ cõprehẽdũt deſcriptiones ⁊ cortices rerũ. ¶ Et ſi=
gnum eius eſt q̃ trãſeũt ꝑ nociuũ ⁊ nõ cadũt ⁊ꝑ vtile ⁊ nõ querunt ipſum.

Quarta ſomni deſcriptio

¶ Et etiam deſcribit ſomnus ſic eſt ꝙ ligamẽtum virtutũ ⁊ ꝯfirmatio eaꝝ:
⁊ ꝙ vigilia eſt diſſolutio virtutũ ⁊ debilitas earum.in vigilia eñ q̃ ſenſus
vtunt inſtrumentis accidit ei diſſolui a ſuis inſtrumẽtis propter fatigatio
nem ⁊ debilitatem:⁊ q̃ ſomnus eſt abſcõdẽs hanc virtutem accidit ei vt ſit
ligamentum iſtarũ virtutum:q̃ acquirunt per ipſum fortitudinẽ:⁊ q̃ iſta
fatigatio accidit inſtrumentis a paſſionibus extrinſecis.U.g.a labore ⁊ ab
alijs:ideo habẽt introitũ in deſcriptione ſomni.⁊ cũ iſta eſt deſcriptio ſom=
ni opꝫ vt oẽ aĩal hñs ſomnũ hẽat vigiliã. ¶ Debilitas eñ accidit aĩalibus
neceſſario:ſꝫ nõ eodẽ mõ.q̃dã.n.aĩalia hñt q̃nqꝫ ſenſus:⁊ iſta hñt ſomnum
⁊ vigiliã ꝑfecte:⁊ letitiã ⁊ triſtitiã:⁊ appetitũ perfecte:⁊ q̃dam hñt altiorem
ſenſum:⁊ iſta hñt ſomnũ:ſꝫ nõ in oĩbus virtutibus:cum non habeant vigi

Quita ſõnij deſcriptio

liam in eis. ¶ Et non eſt dubiũ ꝙ perfectus ſomnus ⁊ gaudiũ nõ inueniũ=
tur niſi in habẽtibus ſenſum cõeꝫ perfectum.ſ.in aĩalibus hñtibus quinqꝫ
ſenſus:q̃ multa carẽt quibuſdã iſtorũ ſenſuũ:⁊ tamẽ dormiunt.U.g.cecus
⁊ ſurdus:⁊ hoc nõ eſt accidentale non naturale ⁊ iſti non carent ſenſu com=
muni:ſed inſtrumentis per que ſenſus cõis videt ſenſibilia. ¶ Et quidam
deſcripſerũt ſomnũ ꝙ eſt illud qδ fit per debilitatẽ virtutũ ſenſibiliũ:⁊ non
oĩs ſomnus fit ex debilitate virtutũ ſenſibiliũ:fit.n.maxime a cogitatione
in aliqua re quãdo ſenſus cõis ꝓfundat ad iuuãdũ cogitationẽ:⁊ nõ per
debilitatẽ cõtingẽtẽ:immo actio eius tũc cũ alijs virtutibus fortior eſt q̃
in vigilia. ¶ Et ſignũ eius ꝙ virtutes ſenſibiles cõtrahuntur apud ſomnũ
interius eſt:q̃ homo quãdo cogitauerit in aliqua re difficili maxime cõtin
git ei ſomnus iõ ꝙ q̃buſdã hoĩbus accidit ſilẽ morti.ſ.ꝑꝑ debilitatẽ virtu
tũ extrinſecarũ ⁊ ꝑ vſum virtutũ extriſecarũ in cõprehẽdẽdo nobilia ⁊ vi=
dẽdo ſpũalia exñtia in mũdo:ſicut angelos ⁊ celos ⁊ alia. Q̃ ſenſus cõis

Sēſꝰ cõis vno mõ ẽ vnꝰ ⁊ alio mõ ẽ plures. Uide 2. de aĩa. 149.

vno mõ eſt vnus:⁊ alio mõ eſt multi.eſt.n.vnus ſenſus q̃ cõphẽdit oĩa ſen
ſibilia q̃nqꝫ.⁊ eſt multi:q̃ hꝫ multa inſtrumẽta.ſ.oculũ:nares ⁊ aures:⁊ iſtõ
ſentiẽs eſt ſδm ſomni ⁊ vigilie:⁊ eſt vt̃ multis virtutibus ſenſus:manifeſtũ
eſt igit ꝙ ſomnus ⁊ vigilia ꝯtinẽt multas virtutes virtutũ aĩaliũ. ¶ Et iõ
dicit Ari.ꝙ neceſſe eſt vt homo ſit eq̃lis inter has duas virtutes: ⁊ non de
clinet plus ad vnã q̃ ad aliã:q̃ñ ſi declinauerit magis ad ſomnuꝫ q̃ opꝫ
hebetabit aĩa ⁊ inſtr̃a nãlia quibus agit.⁊ ſi declinauerit ad vigiliam cor=

De ſubiecto ſõnij

rumpentur virtutes ⁊ inſtrumẽta naturalia.manifeſtũ eſt igitur ex hoc cu
ius virtutis aĩe eſt ſomnus ⁊ vigilia. ¶ Et q̃ iſta virtus neceſſario hꝫ ſub=
iectũ ꝓpriũ:⁊ illud eſt mẽbrũ in quo eſt iſta virtus:ꝑſcrutãdũ eſt de hoc mẽ
bro q̃d ſit. Dicamus igitur ꝙ iã declaratũ eſt ſuperius ꝙ ſenſus communis
eſt in corde:⁊ ꝙ cerebiũ eſt vnũ inſtrumẽtorũ cõplentiũ hanc actionẽ ſδm
ꝑpamentũ exñs in eo: ⁊ cũ ita ſit ⁊ ſomnus eſt introitus cõmunis ſenſus
in interius corporis manifeſtũ eſt ꝙ principiũ iſtius motus eſt in vigilia
a corde ⁊ finis eius ad cerebrũ. In ſomno aũt ꝑncipiũ eius eſt a cerebro et
finis ad cor:⁊ in rei veritate principium eius in vtroqꝫ eſt a corde:ſed cere=
brũ eſt cã in ſomno quoquo modo magis q̃ in vigilia:⁊ vl̃r vtrumqꝫ iſtorũ

eſt cā i hoc:ſed:coꝛ eſt pꝛia cāꝛ cerebꝛūꝰſcđa:hec igiť duo mēbꝛa cōcs habēt
has duas virtutes. Quare igiť accidit hoc duobꝰ his mēbꝛis apparebit ex
hoc qđ dico:cū.n.fuerit poſitū ꝙ cā oīs eiꝰ qđ accidit omni aīali eſt calidū
aut frigidū:aut humidū:aut ſiccū:aut cōpoſitū ex eis:ꝛ poſuerimꝰ ꝙ ſom=
nus eſt introitꝰ ſenſus cōis ad mēbꝛū qđ eſt ſenſuū pꝛincipiū:ꝛ ſbm ſenſus
cōis eſt calidū nāle:manifeſtū eſt ꝙ ſomnꝰ fit ꝑ receſſum calidū naturalis
ꝛ cōtractione eiꝰ ad ſuū pꝛincipiū qđ eſt coꝛ.motꝰ el nō accidit coꝛpoꝛi:ni=
ſi ꝙ eſt motꝰ in ſubiecto:ꝛ ideo virtutes nō mouenť niſi ſm ſuū ſōm.ꝛ cum
hoc declaratū eſt qđ cōtractio calidi nālis ad interiꝰ coꝛpis accidit ꝑ ſuū
cōtrariū:qđ eſt frigidū ꝛ humidū:quēadmodū expāſio ꝛ motꝰ ad extra ac=
dit ei ꝑ caloꝛē ꝛ ſiccitatē neceſſe eſt vt nō accidat ei hoc accidēs apud ſom= De cāiſ ef
nū niſi ꝓꝑ frigidū ꝛ humidū q̄ dominanť in cerebꝛo:ꝛ vigilia accidit ꝓꝑ ca ficientibꝰ
lidū ꝛ ſiccū dñantia in coꝛde. ¶ Quō aūt accidit iſta cōtractio ꝑ frigidū et ſomnium
humidū declarabiť ex hoc qđ dicā.humiditas ei innata eſt oppillare vias
calidi naturalis in venis ꝛ neruis:ꝛ ꝓhibet ſpiritꝰ in veniēdo ad ſua iſtru
mēta ꝓpꝛia:ſicut nubes ꝓhibēt ſolē adeo ꝙ nō pōt venire ad extrinſecum.
Frigiditas vero innata eſt mouere caloꝛē naturalē ad ſuū oꝛiginē: qꝛ eſt
cōtraria ei:ꝛ ſi non coꝛrūpereť ſtatim caloꝛ naturalis cū hoc qđ frigiditas
etiā cōſtringit coꝛpꝰ ita ꝙ reuertiť in minoꝛē ꝗtitatē:ꝛ ideo elemētū frigi
dū eſt minoꝛis ꝗtitatis ꝗ̄ alia.ꝛ teſtať qđ frigiditas ꝛ humiditas faciunt
ſomnū eſt illud qđ accidit in multitudine ſomni qñ comedit hō frigida et
humida.ꝛ hoc accidēs accidit ſpirituali naturali ex duobꝰ quoꝛū eſt dige=
ſtio cibi in cerebꝛo ꝛ coꝛde.ſcđm aūt eſt fatigatio q̄ accidit in inſtrumentis
ſenſus caloꝛi naturali.cibꝰ eñ qñ alterať in ſanguine cuiꝰ colamētū fue=
rit ad coꝛ.deinde ad vnūqđq; mēbꝛū coꝛpis ſm cōueniētiā ibit ad cerebꝛū
id qđ cōuenit ei.ſ.pars humida ꝛ frigida:ꝛ qñ mēbꝛis aduenerit nutrimen
tū humefiūt ꝛ infrigidanť magis ꝗ̄ ante: ꝛ maxime mēbꝛū qđ naturaliter
eſt frigidū ꝛ humidū:ꝛ iō ducibꝰ qñq; digeriť calidū naturale patiť etiā a
cibo:ꝛ humefit ꝛ infrigidať etiā:nutrimētū ei vno modo eſt ſiľe:ꝛ alio mō
eſt diſſiľe. Et fit etiā in mēbꝛis ꝑ decoctionē vapoꝛis groſſi: ex qbꝰ turbať
ſpiritꝰ aīalis naturalis:ꝛ grauať ꝛ moueť cōtracte ad ſuū pꝛincipiū qđ eſt
coꝛ:ꝛ ſic fit ſomnꝰ neceſſario:ꝛ qꝛ cerebꝛū eſt frigi.ꝛ.hu.ꝛ oē mēbꝛū lediť in
maioꝛi ꝑte ꝑ elemētū qđ i eo dñať:iō ſomnꝰ i maioꝛi ꝑte fit a cerebꝛo cū hoc
etiā ꝙ coꝛ in illa hoꝛa.ſ.nutrimēti infrigidať caloꝛ eiꝰ:ꝛ cū infrigidabiť de
bilitabiť actio eiꝰ i cerebꝛo i aliīs mēbꝛis. Sōnꝰ igiť accidit neceſſario ꝓꝑ
debilitatē cerebꝛi ꝛ coꝛdis:ꝛ vtrūq; illoꝛū eſt cā in debilitate ſui coꝛpoꝛis:
ꝫ cerebꝛū in hoc ſit foꝛtioꝛ cā ꝓꝑ cōplōnē eiꝰ. Et cā debilitatis eoꝛū eſt di=
geſtio cibi:ꝛ iō aīal doꝛmit dū cibꝰ eſt i digeſtione:ꝛ excitať qñ digeſtio cō
plebiť:tūc ei curať caloꝛ nālis ex illa hūiditate ꝛ vapoꝛibꝰ ꝛ moueť i venis
ꝛ neruis ad extra coꝛpꝰ:ꝛ ſic fit vigilia ad exť coꝛpꝰ:ꝛ ſic fit vigilia:ꝛ cōtra=
ctio caloꝛis nālis i hoꝛa digeſtiōis hꝫ aliā cām. Illa eñ qꝛ eſt vna vno mō
ꝛ multa alio mō:iō hꝫ i iſtis virtutibꝰ opationē ꝑ cōgregationē eoꝛū. Cum
igiť neceſſaria fuerit ſibi aliqua actio reducet inſfa qbꝰ vtiť i aliīs actiōi=
bus ad iſtā actionē vt vigeat i illa actiōe:ꝛ iō caloꝛ nālis apud digeſtionē
cibi reuertiť ad actionē virtutis nutritiue:ꝛ hoc erit in īterioꝛi ꝑte coꝛpis.
¶ Et iſta eſt vna cāꝛū ꝓꝑ quas fit ſomnꝰ ex fatigatiōe:hꝫ ei ſuas cās:qua=
rū vna eſt de gñe iſtiꝰ:qm̄ qñ caloꝛ nālis fuerit ſparſus ꝛ diminuꝰ ꝑ motū
in loco ꝛ motū cōpꝛehēſionis.ſ.ſenſus ſtatim aīa mouebit ipſum in ꝓfun=
dū coꝛpoꝛis vt agat ꝑ illā in reliquīs poſtremi nutrimēti:ꝛ ſic augmētatur
ſbā eiꝰ ꝛ acqrit aliqđ aliud loco eiꝰ qđ eſt diſſolutū ab eo. Cā aūt ſcđa eſt ꝙ
quādo motꝰ ſparſerit caloꝛē naturalē:tunc caloꝛ remitteť ꝛ diminueť ꝛ ag=

grauabiᷣ pp frigus:⁊ ſic ꝯtrahiᷣ ad ſuū principiū vt expellat a ſe cōplexio
nem accidentē.Somnꝰ igiᷣ iuuās naturaliter accidit pp trāſmutationē ca
loris naturalis in q̄titate ⁊ qualitate. Jn cibo eñ trāſmutaᷣ p humidū et
frigidū.Jn fatigatiōe aūt trāſmutaᷣ p diminutionē humidi ⁊ frigidi.qua
re aūt accidit hoc aīali eſt pp neceſſitatē:hec eñ corpora qꝛ neceſſitate ac
cidit eis fatigatio ⁊ labor apud motū ⁊ nutriunᷣ:⁊ ideo indigēt ſomno pp
quietē ⁊ neceſſitatē nutrimēti.Ecōuerſo corporibꝰ celeſtibꝰ illa eñ qꝛ non
fatiganᷣ neqꝫ nutriunᷣ nō indigēt ſomno.¶Quid igiᷣ ſit ſomnꝰ:⁊ cui par
ti aīe attribuiᷣ:⁊ cui mēbro corporis:⁊ quomodo ⁊ quare declaratū eſt:et
poſt hoc determinandū de natura ſomniorū:⁊ ꝙ eſt ſui generis de cōprehē
ſionibus diuinis que nō acquirūtur per acquiſitionē hominis.

¶Capitulum De ſomniȷ̈s.

DIcamꝰ igiᷣ ꝙ iſtarū cōprehēſionū q̄dā dicunᷣ ſomnia:⁊ q̄dā di
uinationes:⁊ q̄dā prophetie:⁊ q̄dā hoīes negāt iſta ⁊ dicūt ea ac
cidere caſu:ſꝫ negare ea ē negare ſenſata:⁊ maxīe negare v̄a ſom
nia nullꝰ eñ hō eſt q̄ nō viderit ſomniū qđ nō enūciauerit ei ali
qđ futurū:⁊ cū hō experimētauerit hoc multotiēs videbit ꝙ hoc
Famoſuz nō accidit caſu:ſed eſſentialiter:⁊ ille alie cōprehēſiones lꝫ nō ſint viſe:tñ
nō ē ex to ſunt valde famoſe:⁊ ea q̄ ſunt famoſa apud oēs:aut ſunt neceſſaria ſm to
to falſum tum:aut ſm partē.Jmpoſſibile eñ eſt vt famoſum ſit falſum ſm totū:⁊ ſer
mo de iſtis oībus idē eſt:⁊ ſermo de q̄ditate ſomniȷ̈ ſufficiet:qꝛ eſſe eoꝝ nō
differūt:niſi ſm magis ⁊ minꝰ:ſed tñ differūt ſm nomina pp hoc ꝙ vulgꝰ
dicit.¶Dicūt eñ ꝙ ſomnia ſunt ab angelis:⁊ diuinationes a demonibꝰ:⁊
prophetie a deo aut cum medio:aut ſine medio.⁊ Ari.nō fuit locutus niſi
tñ de ſomniȷ̈s.Dicamꝰ ergo ꝙ ſomnia ſunt duobꝰ modis:aut vera:aut fal
ſa:⁊ eſt cōſiderandū cui parti partiū aīe attribuiᷣ vterqꝫ iſtorū modorū:⁊
que eſt cauſa agēs vtrūqꝫ iſtorū modorū.⁊ quare ſunt ſomnia vera:⁊ quō
ſunt:⁊ qñ ſunt:⁊ quot modis:⁊ pp q̄d ſunt propria ſomno:⁊ quare quidam
ſomniāt vera in maiori parte:⁊ quidā nō:et quidā falſa:et quare quidā in
terpretanᷣ in ma ori parte:⁊ quidā nō.¶Dicamꝰ qꝛ dormiēs ſentit ſe vide
re:et audire:⁊ olfacere:⁊ guſtare et tangere ſine aliquo extrinſeco ſenſibili
neceſſe eſt vt initiū iſtiꝰ motꝰ in ſomno ſit finis eius in vigilia:et qꝛ motus
in vigilia incipit a ſenſibilibꝰ extrinſecis ⁊ ꝑuenit ad virtutē rememoratio
nis que eſt in quinto ordine:neceſſe eſt principiū eſſe ab hac virtute.ſed qꝛ
virtꝰ rememorationis ⁊ cogitationis nō agunt in ſomno:ideo attribuiᷣ
imaginatiue.Jſta eñ virtꝰ eſt ſemper in motu in actione cōtinua ⁊ in trāſ-
actione de vna imagine ad aliā imaginē.qñqꝫ igiᷣ facit hoc de intētionibꝰ
que ſunt in rememoratiua:et qñqꝫ de paſſionibꝰ q̄ ſunt in ſenſu cōmuni:et
qñqꝫ occurrit intētioni:et recipit intentionē illius rei quā imaginaᷣ a ſuo
ꝑncipio extrinſeco:⁊ poſt declarabimꝰ.¶Et māifeſtū eſt ex his oībꝰ ꝙ ſom
nia debēt attribui virtuti imaginatiue ſiue fuerint falſa ſiue vera.quomo
do autē accidit ꝙ in ſomno videt homo ꝙ ſentiat per quinqꝫ ſenſus abſqꝫ
eo ꝙ ibi ſit aliqđ ſenſibile extrinſecū hoc accidit per cōtrariū motum ei qđ
eſt in vigilia.Jn vigilia eñ ſenſibilia extrinſeca mouēt ſenſus:et ſenſus cō
munis mouet virtutē imaginatiuā.Jn ſomno autē qñ virtꝰ imaginatiua
imaginata fuerit intētionē quā accepit ab extrinſeco:aut ex virtute reme-
moratiua reuerteᷣ:et mouebit ſenſum cōmunē:et ſenſus cōmunis mouebit
virtutē particularē:et ſic accidit ꝙ homo cōprehēdet ſenſibilia lꝫ non ſint
extrinſecus:quia intentiones eorū ſunt in inſtrumentis ſenſuū:et indiffe-
renter:ſiue intētiones veniant ab extrinſeco ſiue ab intrinſeco.¶Et ſimile
huic accidit habenti timorē:⁊ infirmo propter intētionē imaginationis in

iſtis diſpoſitionibꝰ .motꝰ eñ virtutis imaginatiue intēdit in ſomno:q2 eſt
ſoluta a ligamēto virtutis cogitatiue:ꝛ pp debilitatē iſtiꝰ virtutis.ſ.cogita
tiue in infirmo et habēti timorē accidit eis tale accidēs.¶Quō autē ſom=
nia ſiue vera ſiue falſa attribuunt virtuti imaginatiue declaratuȝ eſt.De
cauſis vero iſtorū duorū modorū ſomniȷ declarādū eſt.¶Dicamꝰ igitur ꝙ
ſomnia vera enūciant aliqd eſſe cuius eſſe habet apud nos naturaliter añ
iſtā cognitionē:et eſt in hora cognitionis in maiori parte nō ens:et iſta fi=
des quā habemꝰ poſt ignorātiā nō acquirit ex cognitione precedēte: neqꝫ
poſt cognitionē:ſicut etiā acquirit cognitio habita ex propoſitiōibꝰ.¶De
claratū eſt eñ in poſterioribꝰ ꝙ cognitionē creditā ꝛ intellectā antecedūt
naturaliter duo modi cognitionis.ſ.agens ꝛ preparās.¶Sed manifeſtuȝ
eſt ꝙ iſtā cognitionē que acquirit in ſomno nō antecedit modꝰ agēs.vtrū
autē precedat eam modꝰ preparās hȝ dubitationē.ꝛ cū iſta cognitio eſt ac
qſita poſt ignorātiā:et eſt acqſitiua poſtqꝫ erat potētia ꝛ ſine aliqua cogni=
tione antecedēti:manifeſtū eſt ꝙ eodē modo acquirit ſicut prime propoſi=
tiōes acquirūtur:et cū ita ſit neceſſe eſt vt agēs eas ſit idem et eiuſdē gene=
ris:ꝛ q2 omne qđ exit de potētia in actū hȝ agēs qđ eſt de genere illius rei
qđ exit de potētia in actū neceſſe eſt vt faciēs iſtā cognitionē ſit intellectꝰ
in actu:ꝛ iſte dat principia vl'ia in rebꝰ ſpeculatiuis:cuius eſſe declaratum
eſt in lib.de a'ia:he eñ due dationes ſunt eiuſdē generis:ſed tñ differūt:q2
in cognitionibꝰ vl'ibus dat principia vl'ia faciētia cognitionē illiꝰ qđ erat
ignotū.hoc autē in ſomno dat cognitionē rei ignote ſine medio.¶Et ideo
oꝛit hic magna ꝑſcrutatio ꝛ locꝰ admirationis:qm̄ ſi hoc poteſt dare:vtrū
hoc poſſibile eſt ei in oībus generibꝰ:aut tm̄ in quibuſdā.Manifeſtū eſt ei
ꝙ ſomnia nō ſunt in rebꝰ ſpeculatiuis:ſed in rebꝰ futuris.ꝛ vl'r iſte modus
datiōis large valde eſt nobilis ꝛ attribuit principio nobiliori.ſ.principio
volūtatis:immo eſt a re diuina et ex ꝑfecta ſollicitudine circa hoīem:et q2
prophetia intra hūc modū dationis attribuit deo et rebꝰ diuinis.ſ.ange=
lis.et ideo.d.So.ratiocinādo hoībꝰ Athēarū:o hoīes ego nō dico ꝙ veſtra
ſcia iſta diuina ſit falſa:ſed dico ꝙ ego ſum ſciēs ſciam humanā.¶Reuer= 12.me.cō.
tamur ergo et dicamꝰ ꝙ cū dator iſtius cognitionis eſt intell's liberatus a 37.et.51.
materia.Et eſt declaratū in prima ph'ia ꝙ iſte intelligētie abſtracte intelli Forme
gunt naturas vl'es:et nō dant niſi ſil'e eius qđ habēt.impoſſibile eſt vt dēt vl'es per
intētionē indiuidualē oīno cū nō hn̄t naturā cōprehendēdi intētionē par mām idi
ticularē.ꝛ ille forme vl'es nō indiuiduant niſi pp materiā.¶Et ſi intelligē uiduant.
tie abſtracte cōprehēderēt indiuiduū tunc neceſſario eſſent materiales:et Idē.j.m̄.
tunc nō agerēt niſi ſm cōtactū.Et cū intelligētie nō intelligāt intētiōes in c.40.12.
diuiduales:quomodo igit dat intelligētia agens iſtā formā indiuidualeȝ me.14.j.
tēpori ꝛ loco propriā ꝛ vni modo hominū:et vni indiuiduo modi.videmꝰ celi.29.
eñ ꝙ homo nō cōprehēdit de iſtis in ſomno niſi ea que appropriant ſibi
aut ſuis propinquis:aut ſue ciuitati.q̄ſtio eñ hec eſt in duobꝰ locis.ſ.quō
acqrunt particularia natura vl'i: ꝛ quare hec ſunt ꝓpria particularibꝰ pro
prijs homini.ſermo eñ de iſtis q̄uis ſit valde difficilis:tñ rectū eſt ꝑueni=
re ad hoc ſm ꝙ poſſumꝰ in natura noſtra.¶Dicamꝰ igit ꝙ res facte q̄dam
ſunt indiuidua ſbarū:ꝛ quedā indiuidua accidētiū.Indiuiduorū aūt ſbe
quedā ſunt indiuidua ſbarū ſimpliciū.ſ.ptes elemētorū:ꝛ q̄dā ſunt indiui
dua ſbarū cōpoſitarū:ꝛ indiuidua ſbarū cōpoſitarū:aut ſunt habētia a'ni
mas ſicut a'ı̄alia et vegetabilia:aut nō:ſicut minere ꝛ ſibi ſil'ia.Accidentiū
vero quedā ſunt accidētia exiſtētia in indiuiduis ſbarū ſimpliciū:ꝛ quedā
ſunt accidētia exiſtētia in indiuiduis cōpoſitorū:aut in habētibꝰ a'ı̄as:aut
in carētibus eis:ꝛ vterqꝫ iſtoꝝ modoꝝ duoꝝ:aut eſt ꝑ nām:aut ꝑ volūtatē.

Indiuidua autē ſbe oīa ſunt terminatarū cauſarū agētiū cū nullū indiui-
Scđo de duū ſubſtātie inuenia𝔯 caſu. Declaratū eſt eñ in libro de gñatione ⁊ corru-
gñatione ptione: ꝙ gñatio partiū elemētorū ⁊ trāſmutatio partiū eorū: adinuicē eſt
te.cō.55. ordinata ⁊ cōſeruata per mot⁹ corporū ſupceleſtiū: ⁊ per hoc fuit poſſibile
⁊.56. vt equaliter eſſet gñatio ⁊ corruptio in partib⁹ eorū: ⁊ vt remanerēt ſemꝑ
ſm totū. ⁊ ſilr declaratū fuit illic ꝙ corpa cōſiſtum partiū q̄ fiunt in elemē-
tis ſunt determinata in eſſe: ⁊ ſunt determinatarū cauſarū ꝑ mot⁹ corporū
ſupceleſtiū ⁊ ꝑ mot⁹ elemētorū q̄ currūt ordinabiliter. ¶ Et declaratum eſt
etiā in libro de aīalib⁹ ⁊ vegetabilib⁹ ꝙ indiuidua aīaliū ⁊ plātarū ſunt de-
terminata in eſſe ⁊ determinatarū cauſarū: in gñabilib⁹ aūt ꝑ ſemina ⁊ in-
telligētiā agentē: in nō gñabilib⁹ vero ꝑ elemēta ⁊ corpa celeſtia ⁊ intellgē-
tiā agentē: ⁊ cū iſta indiuidua habeāt determinatū eſſe neceſſe vt natura eo-
rum ſit intellecta apud formā abſtractā: cui⁹ proportio ad aliā eſt ſicut ꝓ-
portio forme artificij ad artificiatū. Indiuiduorū autē accidentiū vel acci-
dētis: quedā ſunt entia a cauſis naturalib⁹: ⁊ quedā a volūtarijs ⁊ nālib⁹.
qđ igi𝔯 ex iſtis fuerit caſu. ſ. in vtroqꝫ gñe naturali ⁊ volūtario nō hꝫ nām
intellectā: cū nō habeat cās terminatas: ⁊ ideo nō eſt poſſe vt hō ſciat iſta fu-
tura: niſi mō accidētali. mod⁹ aūt ſcđs accidētiū determinatarū cauſarum
neceſſario hꝫ nām vlem intellectā q̄ eſt prima cā in eſſe eorū. Neceſſe eſt eñ
illud qđ eſſentialr ſci𝔯 hēat cās exñtes eſſentialr: ⁊ cū illic fuerint cāe exiſtē-
tes eſſentialr: neceſſe eſt vt ſint intellecte apud nām vlem: ſiue fuerint itel-
lecte a nobis: ſiue nō: ⁊ iſta indiuidua futura nō poſſunt ſciri a nobis: ꝑ au-
gumētationē. ſ. in eis q̄ vētura ſunt a remoto in tpe ⁊ loco ⁊ qꝛ ille cāe ſunt
nō determinati eſſe apud nos: lꝫ in ſe ſint determinati eſſe. Nos eñ nō cō-
prehēdim⁹ iſtas cās: niſi large ⁊ inter ordines quos nos nō cōprehendim⁹
ex hoc: ⁊ q̄ ſunt determinati apud nām intellectā a qua q̄ tenet recipit na-
tura ſenſibilis: ⁊ a qua moue𝔯 ſicut inſtrā mouen𝔯 a forma artificij. ſunt eñ
ordines multiplices fere infiniti: ⁊ ideo viſum eſt ꝙ nullū indiuiduū ſit eſ-
ſentialiter a natura niſi ꝑ ſciam antecedētē: qm̄ inſtrꝫ artificis ſicut. d. Ari.
nō moue𝔯 niſi ſm artificē. de eis aūt q̄ fiunt volūtarie illa q̄ ſunt eſſentialr
determinata apud nos: aut ſm mores nāles: aut ſm mores poſitos a le-
ge: neceſſe eſt etiā vt ſint determinata apud nām: lꝫ ſint ignota apud nos: ⁊
aſtronomi nō dan𝔯 ad iudicandū res futuras: niſi qꝛ exiſtimāt ſcire de cor-
porib⁹ celeſtib⁹ cās ꝓprias gñationi cuiuſlibet indiuidui modorū ſpecie-
rum. ¶ Hoc eñ poſito nō eſt inopinabile vt intelligentia abſtracta det aīe
imaginatiue nām vlem iſtius idiuidui facti. ſ. intellectū ſue cāe: ⁊ aīa ima-
ginatiua recipit ipſum pticulare ſm ꝙ eſt in mā: ⁊ tūc forte recipiet indiui-
duū illi⁹ intellectui: aut ſuū ſilē: ⁊ quēadmodū dat pfectiōes aīales vles ⁊
mā recipit eas particulares ita hic dat pfectionē vltimā aīe imaginatiue
vlem: ⁊ imaginatiua recipit eā pticularē. Declaratū eſt eñ ꝙ intelligentia
agēs dat pmas pfectiōes virtutū aīe pticulares ⁊ pticulariū. ſ. quinqꝫ ſen-
ſus ⁊ virtutis imaginatiue. Dator eñ vltimarū pfectionū in eis eſt res ſen-
ſibilis. In hac aūt cōprehēſione ſpiritualiter q̄ fit in ſomno illa dat aīe po-
ſtremā pfectionē. ¶ Et quēadmodū medic⁹ enunciauit qđ accidit corpori
ſortis ⁊ aīe eius in aliquo tēpore terminato ꝑ duas ꝓpoſitiones: quarum
vna eſt vlis intelligibilis: ⁊ alia pticularis ſenſibilis: ita iſta enūciatio cō-
poni𝔯 ex vli qđ da𝔯 ab intelligētia: ⁊ ex intētione pticulari ſili vli illi vli: q̄-
re vero hō nō cōprehendit ex iſtis pticularib⁹ niſi illud qđ eſt propriū ſuo
tēpori ⁊ ſuo loco ⁊ corpori ⁊ ſuis hoibus abſqꝫ alijs particularib⁹ cōmuni-
cantib⁹ eis in illa nā vli: quare hoc eſt: qꝛ neceſſe eſt vt homo habeat in hac
cōprehenſione alterū duorū modorū generum cognitionis que antecedit

ſidem.ſ.cognitio preparãs.ſ.cognitio imaginationis imaginē informans
⁊ dꝫ ãtecedere fidē:⁊ hō nō pōt acq̄rere iſtā cognitionē niſi in indiuiduis q̄
iā ꝑſciuit:⁊ maxime illa indiuidua:circa q̄ habuit magnā ſollicitudinē.de
eis aūt q̄ ſunt ignota apud ipſum nō pōt acq̄rere ſciam.Iſta eñ fides:lꝫ nō
eſt neceſſariū vt ãtecedat eã cognitio agēs:tñ neceſſe eſt vt ãtecedat eam co-
gnitio preparãs:quare vero virtꝰ imaginatiua in maiori parte nō inducit
verã intētionē indiuidualē q̄ eſt ſub illo vniuerſali qđ dat intellectꝰ:ſed in
ducit intētionem ſimilē illi:hoc accidit q2 res ſenſibilis hꝫ duas formas.ſ.
ſpiritualē ⁊ eſt forma ſimilis:⁊ corporalē ⁊ eſt forma rei ſenſibilis non for
ma ſimilis:⁊ forma ſilis eſt magis ſilis:q2 eſt magis ꝓpinqua nature vñ ꝙ
forma vere rei:⁊ iō aīa imaginatiua recipit intētionē intellectã ſm ꝙ plus
pōt recipere eã in ſpiritualitate:⁊ qñq3 recipit eã corpalē:⁊ ſic videt homo
in ſomno ipſam formã nō ſuã ſilē:quare vero iſta cōprehēſio eſt ꝓpria ſom
ni:eſt q2 aīa eſt vna in ſbto ⁊ multa ſm virtutes. ¶ Ideo qñ vtit̄ aliquo mō
virtutū debilitabit̄ in vſu alterius modi virtutū.U.g.ꝙ qñ vtit̄ ꝯprehēſio
ne extrinſeca debilitabit̄ in cōprehēſione intrinſeca:⁊ qñ vtit̄ virtutibꝰ mo
uētibus:debilitãtur virtutes cōprehenſiue:⁊ ſimilr̄ qñ vtit̄ virtutibꝰ inte-
rioribus:debilitant̄ alie.U.g.qñ virtus imaginatiua debilitat̄ qñ cogita-
tiua vigorat̄ ⁊ ecōuerſo:⁊ qñ aīa ociat̄ ſm aliqđ genꝰ iſtoꝝ:aut ſm aliquã
ſpēm vigorabitur alia ſpēs:⁊ forte nō erit ꝯtenta aīa in ocio virtutis : ſed
in inſtrō illius virtutis:⁊ iſta actio ſilis eſt actioni eius in qua congregat
tres virtutes interiores ad repreſentandū idolū rei q̄ nunq̄ tranſiuit per
ſenſum.⁊ cū ita ſit:neceſſe eſt vt actio virtutū imaginatarum in ſomno ſit
perfecta ⁊ magis ſpiritualis:anima eñ in ſomno fecit ociari ſenſus extrin Idem ſu-
ſecos ⁊ inſtrumēta eorū ⁊ reuertebat ſenſum interiorē. ¶ Et ſignum eiꝰ ꝙ pra ſuper
virtutes interiores ſunt perfectioris actionis apud quietē virtutū exterio loco đ me
rum eſt:ꝙ illi qui multum cogitant intrant ſue virtutes ſenſibiles intra moria. et
corpus:ita ꝙ accidit eis ſomnus magnus:⁊ ipſi etiam ſponte faciunt quie 3.đ aīa.ſ.
ſcere ſenſus extrinſecos vt melius cogitent. ¶ Et propter hanc cauſam illi et.20.
qui nati ſunt ſine viſu ⁊ ſine auditu ſunt perfectiores ſm virtutes interio-
res.ideo ꝓphetia in diſpoſitione ſili venit epilepſie: ille eñ virtutes inte-
riores qñ mouebunt̄ forti motu ꝯtrahent virtutes exteriores:adeo ꝙ forte
accidet ex hoc ſincopis. ¶ Declaratū eſt igit̄ ex hoc quare eſt iſta cōprehen
ſio in ſomno ⁊ nō in vigilia:⁊ nō eſt remotum vt aliquis homo comprehen
dat in vigilia quod dormiens in ſomno:immo forte videbit ipſam formã
rei non ſuã ſimile:ſicut dicit̄ de gaumar. ¶ Et ꝓpter quid vero ſunt ſomnia. Propter
Dicamus ergo ꝓpter ſollicitudinē circa hoīem.homo eñ q2 indiget cogni qđ ſunt
tione ⁊ cōprehēſione:in virtute cogitatiua qua ſciret res futuras vtiles et ſomnia et
nocētes vt ſit paratꝰ cōtra illas iō fuit ſuſtētata iſta virtus cū hac enuncia diuinatio
tione nobili ⁊ cōprehēſione ſpūali:⁊ ideo đr ꝙ eſt vna pars ꝓphetie. ¶ Et
hoc mãifeſtū eſt in ſomnio Pharaonis de quo interrogauit Ioſeph. ¶ In- Qualis
terpretator aūt eſt homo qui hꝫ aīam paratã naturaliter ad diſtinguendū đꝫ eſſe in-
ſimilitudines rerū ⁊ ſomnioꝝ:⁊ eſt ille cui largit̄ intellectꝰ intētiones cor- terpres ſō
porales cui aſſimilant̄ in ſomnio intētiones ſpūales.⁊ de neceſſitate debet niorum.
ſcire ſimilitudines vſes oībꝰ gētibꝰ:⁊ ſilitudines ꝓprias cuilibet genti et
cuilibet mō hoīum. ¶ Gētes eñ diuerſant̄ in hoc duobꝰ modis. ¶ Quorū
vnꝰ eſt naturalr̄.ſ.ſm virtutes eoꝝ ⁊ ſm entia eiꝰ ꝓpria in ſuis regionibꝰ. Gētes di-
¶ Secūdus aūt eſt ſm ſilitudinē ⁊ opinationes ſm quas nati ſunt ſecun- uerſificã-
dum leges ſuas ⁊ receperunt fidem inde a natiuitate.ſ.de primo principio tur duo-
⁊ angelis ⁊ reſurrectione. ¶ Et opꝫ interpretantem : ſicut dixit Ariſtot. vt bus mōis
ſemper ſit cogitans:⁊ mundus:non declinãs ad mores brute anime.⁊ forte

accidit homini vt vnum ſomniū interpretetur in alio ſomno: ſicut accidit
Herculi regi in ſomnio qđ narrauit Ariſto. ſomniauit aūt ſomnium quod
nullus ſciuit interpretari: ⁊ cum dormiuit interpretatum fuit ei ⁊ remanſit
ſollicitus in hoc quouſq; acciderent ille res. ¶ Et forte accidit homini vt
videat ſomniū: ⁊ poſt hoc obliuiſcat: ⁊ deinde forte rememorabit illud ſom
nium in vigilia: ⁊ qñq; rememorabitur ſm illū modū ſentiet quo ſentieba
tur in p̄terito ⁊ iā diximus quomō. ¶ Et quidā hoīes ſunt verioris ſomnij
q̄ quidā ꝓp diuerſitatē eorū in hac virtute imaginatiua: ⁊ iſti ſunt habētes
cōplexiones melācholicas frigidas ⁊ ſiccas. humiditas em̄ cooperit virtu
tes ⁊ oppilat vias ſpirituū ⁊ facit ſomniū ſimile morti: ita ꝙ fere nihil ima
ginatur dormiēs: ⁊ humor melancholicus cōuenit ſomnio ⁊ actioni iſtius
virtutis: q2 enim iſte humor eſt multi vaporis: aſcēdit ad caput ⁊ facit ſom
nū: ⁊ ideo cōuenit ſomnio. ¶ Et etiā cōuenit huic virtuti: q2 iſta virtus ſem
per eſt in motu in ſomno ⁊ vigilia ⁊ ſemper tranſfertur de vna imagine ad
aliam: ⁊ ideo malitia ſue actionis eſt in velocitate motus de vna imagine
ad aliā: ⁊ in paucitate confirmationis ⁊ quietis: ⁊ bonitas ſue actionis eſt
in cōfirmādo ⁊ in bene imaginando illā rem quā imaginauerat: ⁊ iſti actio

Frigiditas facit mot' tarditatē: ⁊ ſiccitas facit ꝯfirmationē forme. Vid. 2 ce. cō. 94.

ni cōuenit cōplexio frigida ⁊ ſicca. Frigiditas em̄ facit tarditatē motus: ⁊
ſiccitas facit cōfirmationē forme: ⁊ ideo iſta virtus hȝ magnū dominiū in
melancholicis: ita ꝙ in vigilia cōprehendūt qđ alij comprehēdunt in ſom
nio. ¶ Utrum aūt iſta virtus ſiue cōprehēſio ſit in tribus tēporibus: eſt cō
ſiderādū. ꝙ aūt opȝ enūciari eſt futurū tēpus: ſed non eſt remotū vt hoc ca
dat in p̄terito ⁊ in p̄ñti qñ fuerit ignotū apud nos. In quo vero genere entiū
cadat iſta enūciatio cōſiderandū eſt qm̄ genera reꝝ ſcitarū aut ſunt ſciētie
ſpeculatiue: aut artes operatiue: aut virtutes cogitatiue particulares: ⁊ eſt
manifeſtū ꝙ iſta cōprehēſio nō eſt in maiori parte: niſi in rebus futuris: cu
ius cōprehēſio proprie eſt a virtutibus cogitatiuis particularibus quibus
vtuntur ad cōprehēdendū vtile ⁊ nocens in rebus futuris. artes aūt opera
tiue exiſtimatū eſt ꝙ poſſint acquiri in ſomnio: ſcientie aūt ſpeculatiue re
motū eſt vt accidat hoc in eis: homo enim nām hȝ ad comprehēdēdum ſciē
tias ſpeculatiuas per proprias ꝓpoſitiones habitas. ¶ Et ſi homo compre
hēderet eas ſine propoſitionibus: tunc ille propoſitiones eſſent ocioſe: et
natura voluit hoc: ⁊ vniuerſaliter ſi aliqđ intellectum de intellectis ſcientia
rum ſpeculatiuarū acquiratur hoc modo erit accidētaliter ⁊ raro. ¶ Et ſi
militer impoſſibile eſt vt per ipſum fiat ars ſpeculatiua niſi aliquis ponat
hic eſſe aliquem modum hominum qui comprehendunt ſcientias ſpecula
tiuas ſine diſciplina: ⁊ iſti homines ſi ſunt equiuoce ſunt homines: immo
magis videntur angeli q̄ homines. ¶ Sed hoc videtur impoſſibile ex hoc
quod dico: cognitio enim ſpeculatiua vna eſt in ſe non diuerſa: ſiue fuerit
ſcita per diſciplinam ſiue ſine diſciplina: ⁊ ſi eſſet ſcita per vtrumq;: tunc di
ſciplina non eſſet accepta neceſſario in diffinitione eius: ⁊ ſic ſumus inter
duo: aut vt dicamus ꝙ iſta cognitio equiuoce dicitur cum cognitione hu
mana: aut vt concedamus ꝙ eadem res inuenitur per cauſas diuerſas ⁊ ſe
cundum hoc reſpectus rei ad ſuas cauſas quibus conſtituitur non erit ne
ceſſarius: ⁊ oē hoc eſt impoſſibile. ¶ Dicere autem ꝙ poſſibile eſt vt imagi
nes rerū ſpeculatarum acquirantur ab aliquo modo hominum hoc modo
comprehenſionis impoſſibile eſt: qm̄ acqſitio earum hoc modo eſt ſuper
fluum cum iam acquirantur ab homine modo perfectiori: niſi aliquis di
cat forte ꝙ iſte modus cōprehenſionis eſt ꝓprius eis in quibus eſt poſſibi
le vt addiſcāt ſcientias ſpeculatiuas: ſed ſi iſti ſunt: equiuoce ſunt homi
nes. ¶ De ſomnijs autem veris: ⁊ propter quid ſunt: ⁊ quomodo: dictū eſt.

¶Capitulũ De diuinatione ſomniorum.

De cauſis vero ſomniorũ falſorũ dicẽdũ eſt:⁊ iſta ſomnia vere ſunt a duabus cauſis:quarum vna eſt ab actione virtutis imaginatiue apud ſomnum in paſſionibus remanentibus in ſenſu cõi de ſenſibilibus extrinſecis ⁊ ab actionibus iſtiꝰ virtutis in intẽtionibus depoſitis in virtute rememoratiua ⁊ cogitatiua de illis rebus ſenſibilibus. Motus eñi iſtiꝰ virtutis.ſ.imaginatiue ſp eſt in theſauro iſtius virtutis.ſ. cogitatiue ⁊ rememoratiue ⁊ theſauro ſenſus cõis. ¶Cã aũt ſcda eſt deſideriũ nãle aĩe. Aĩa.n.brutalis qñ deſiderauerit aliq̃d eſſe aut non eſſe innata eſt facere ſimilitudinẽ forme illius rei deſiderate in illa diſpoſitione deſiderata:⁊ pñtare idolum illius rei:⁊ ideo qui deſiderat mulieres videtur coire:⁊ hñs ſitim videtˀ bibere aquã. ¶Et in hoc genere ſunt ſomnia q̃ ſignificãt apud medicos dominiũ humorũ in corpe. U.g. ꝙ videre ignem ſignificat dñium cholere:⁊ ſomniare aquam ſignificat dominium phlegmatis. ¶Et differentia inter iſtas falſas formas ⁊ veras in ſomnio eſt:ꝙ aĩa miratur a ſomnijs veris ⁊ excitatur quaſi timida ab illo ſomnio:⁊ admirata de illa ſpiritualitate ſubtili. De quiditate igitur ſomniorum verorum ⁊ falſorum:⁊ de cauſis accidentium ſuorum:dictum eſt.

¶Ariſto. Stragy. De cauſa longitudinis ⁊ breuitatis vite. Lib. vnicus.

¶Capitulum Primum

De eo autem quod eſt hoc quidem eſſe longe vite animalium:hoc autem breuis vite:⁊ de vite totaliter longitudine ⁊ breuitate conſiderandũ cauſas. Principium autem conſiderationis neceſſarium primo ex eo quod eſt dubitare de ipſis. Non enim eſt palam vtrum alterum:aut idẽ cauſa omnibus animalibus:⁊ plantis eius qđ eſt:hoc quidem eſſe longe vite:hoc autem breuis:⁊ plantarum has quidem pauci temporis:has autem multum durabilem habere vitam. Adhuc autem vtrum eadem que longe vite ⁊ que ſecundum naturam ſana natura conſtantium: aut ſeparata ſunt:⁊ quod breuis vite:⁊ languoroſum:aut ſecundum quoſdam quidem languores appropinquant languoroſa ſecundum naturam corpora his que breuis vite. ſecundum quoſdam autem nihil prohibet languoroſos eſſe longe vite exiſtentes. De ſomno quidem igitur ⁊ vigilia dictum eſt prius: de vita A
autem ⁊ morte dicendum eſt poſterius:ſimiliter autem ⁊ de languore ⁊ ſanitate quantum adiacet naturali phyloſophie. Nunc autem de cauſa cuius quod eſt hoc quidem eſſe longe vite: hoc autem breuis vite:ſicut dictum eſt prius conſiderandum. ¶Sũt autem habentia differentiam hanc tota ad tota genera ⁊ eorum que ſub vna ſpecie altera ad altera. Dico autem ſecundum genꝰ quidem differentie vt hominem ad equum:longioris enim vite genus hominum q̃ꝫ quod equorum:ſecundum ſpeciem autem hominem ad hominem. Sunt enim ⁊ homines hi quidem longe vite:hi autem breuis vite alteri ſecundum altera loca diſtantes: q̃

quidem enim ⁊ calidis gentium ⁊ longioris vite: que autem frigi dis breuioris vite: et habitantium autem eundem locum diffe runt ſimiliter. aliqui qui hac differentia adinuicem oportet au tem accipere quid facile corruptibile in natura conſtantibus: et quid quod non facile corruptibile ignis et aqua et his cognata non habentia eandem virtutem exiſtũt generationis ⁊ corruptio nis cauſa alijs itaqꝫ ⁊ quelibet aliorum ex his entia cõſtituta par ticipare horum naturam rationabile: quecumqꝫ quidem compo ſita ex multis ſunt vt domus: de alijs quidem igitur altera ratio. Sunt enim ⁊ proprie corruptiones multis exiſtentium: vt ſciẽtia ſanitas/⁊egritudo: hec enim corrumpuntur etiam non corruptis ſuſceptiuis: ſed ſaluatis vt ignorantie quidem corruptio: remini ſcentia: ⁊ eruditio: ſcientie autem obliuio ⁊ deceptio: ſecundum accidens autem conſequuntur naturalibus que aliorum corru ptiones. Corruptis enim animalibus corrumpuntur ⁊ ſcientia ⁊ ſanitas que in animalibus: propter quod ⁊ de anima rationabili ter quis vtiqꝫ ex his. ſi enim eſt non a natura: ſed quemadmoduꝫ ſcientia in anima/ſic et anima in corpore: erit vtiqꝫ ipſius et alia corruptio preter corruptionem que corrumpitur corrupto corpo re: itaqꝫ quoniam non videtur talis exiſtens: aliter vtiqꝫ habebit ad corporis corruptionẽ. Forte autẽ vtiqꝫ quis dubitabit rationa biliter vtrũ eſt vt incorruptibile erit qđ corruptibile vbi ignis ſur ſum vbi nõ eſt cõtrariũ. Corrũpũtur enĩ q̃ qđẽ inexiſtẽt cõtrarijs ſecundum accidens: eo ꝙ illa corrumpuntur. interimuntur enim contraria ab inuicem: ſecundum accidens autem nihil contrario rum ex ſubſtantijs corrumpitur propter de nullo ſubiecto predi cari ſubſtantiam. Quare cui non eſt contrarium: ⁊ vbi non eſt im poſſibile vtiqꝫ erit corrumpi: quid enim erit corrumpens. ſi a con trarijs quidem corrumpi accidit ſolis hoc enim non exiſtit: aut to taliter: aut hoc: aut hoc. ſic quidem verum eſt: ſic autem non. Im poſſibile enim materiam habenti non exiſtere aliqualiter contra rium. Omnino quidem enim ineſſe calidum aut rectum contin git: omne autem eſſe impoſſibile aut calidum: aut rectum: aut al bum: erunt enim paſſiones ſeparate. Si igitur quando ſimul fuerint factiuum et paſſiuum: hoc quidem ſemper facit: hoc autem patitur: impoſſibile non permutare. Adhuc ſi neceſ ſe ſuperfluum facere: ſuperfluum autem contrarium. ex contra rio enim ſemper permutatio: ſuperfluum autem reliquie prio ris. ſi autem omne expellit quod actu contrarium et ſic hoc cor ruptibile vtiqꝫ ſit: aut ſit: aut non: ſed a continente corrumpitur ſiquidẽ ſufficiens ex dictis. Si autẽ nõ: ſupponere opꝫ quis ineſt aliquid actu cõtrarium ⁊ ſuperfluũ fit. propter quod ⁊ minor flã ma cõburit a multa ſm accidẽs: q: alimentũ qđ illa in multo tem

Corruptis aialibus corrũpũt ⁊ ſcia ⁊ ſanitas que ſunt i aialibus.

B

C

Impoſſibile ẽ mãꝫ hñti nõ exiſtere aliqđ cõtrariũ.

poꝛe cōſumit: cōſumit hic multa flāma cito pp qđ oīa ſemper in motu ſunt ⁊ fiunt: aut corrūpuntur. Cōtinens autē aut cooperat aut contra operatur: ⁊ propter hoc tranſpoſita durabilioꝛa quidem fiunt ⁊ paucioꝛis duratioꝛis natura: eterna autē nuſꝗ̄ quibuſcunqꝫ cōtraria erunt: cōfeſtim em̄ materia cōtrariū hʒ. quare ſiquidē eius qđ vbi ƀm locum permutat: ſi autem quanti ƀm augmentum ⁊ decrementū: ſi autem passionis alteratur.

Capitulum ſecundum.

Sunt autem neqꝫ maxima incoꝛruptibilioꝛa: equus enim homine breuioꝛis vite: neqꝫ parua. epeteia enim multa entomoꝛum neqꝫ plante totaliter animalibus. Epeteia enim quedam plātarum neqꝫ ſanguinem habentia. apis em̄ durabilioꝛ quoꝛundam ſanguinem habentium: neqꝫ exanguia: malakia enim epeteia quidem exanguia autem neqꝫ que in terra. etenim plante epeteia ſunt et animalia greſſibilia: neqꝫ que in mari. Etenim ibi que breuis vite et oſtrokura et malakia. omnino autem longiſſime vite in plantis ſunt vt palma ⁊ cupreſſus: ⁊ in ſanguinē habentibꝰ aīalibus magis ꝗ̄ in exanguibus: ⁊ greſſibilibus ꝗ̄ in aquatilibus: quare ⁊ cōbinantibus in ſanguinē habentibꝰ greſſibilibꝰ que longiſſime vite animaliū ſunt: vt homo ⁊ elephas: ⁊ vtiqꝫ que quidem maioꝛa: vt ad plus eſt dicere minoꝛibꝰ longioꝛis vite: ⁊ em̄ ⁊ alijs accidit his que longioꝛis vite. ⁊ magnitudo ſic dictis. Cauſaʒ autem de his omnibus hic vtiqꝫ quis contemplabitur: opoꝛtet enim accipere ꝙ animal eſt natura humidū et calidum et viuere tale. Senectus autem frigida ⁊ ſicca: ⁊ quod moꝛtuum: videtur enim ſic. Materia enim coꝛpoꝛum exiſtentibus hoc calidum ⁊ frigidum ⁊ ſiccum ⁊ humidum. Neceſſe igitur feneſcentia deſiccari: propter quod opoꝛtet non facile deſiccabile eſſe humidū. Et propter hoc pinguia putribilia. Cauſa autem que aeris: aer autem ad alia ignis. ignis autem non fit putrefactus: neqꝫ rurſum paucum opoꝛtet eſſe humidum: facile ⁊ ſiccabile enim quod paucum propter quod et magna et animalia ⁊ plante vt vniuerſaliter eſt dicere longioꝛis vite: quēadmodū dictū eſt prius rationabile em̄ maioꝛa plus habere humidū. non ſolū autē propter hoc longioꝛis vite. due em̄ cauſe qđ quantū: ⁊ qđ quale. Quare opʒ non ſolum multitudinē eſſe humidi: ſed hoc ⁊ calidū vt neqꝫ facile deſiccabile ſit: ⁊ propter hoc homines longioꝛis vite magis quibuſdam maioꝛibus longioꝛis vite deficiens multitudine humidi ſi pluri ratione excedat ſecundum quale ꝗ̄ deficiat ƀm quantum.

D Cōfeſtī mā cōtrariū hʒ.

E In plātis palma et cupreſſus ſūt lōgiſſime vite.

F

Eſt autem aliquibus quidem calidum pingue quod ſimul facit non facile ſiccabile: ⁊ non facile infrigidabile. Quedam autem animalium habent humorem: ideo oportet firmum eſſe: non leui ter autem corruptibile neq̄ ſuperfluum. Intertimitur enim quod tale: aut languore: aut natura. Cōtraria autem ſuperfluitatis vir tus: ⁊ corruptiua: hoc quidem nature: hoc autem particule. propter quod coitiua ⁊ multiſperma ſeneſcūt cito. Sperma enim ſuperfluum ⁊ amplius deſiccat emiſſum: ⁊ propter hoc mulus longioris vite equo ⁊ aſino ex quibus genitus eſt: ⁊ femelle maſculis ſi coitiui ſint maſculi: propter quod ⁊ paſſeres maſculi breuioris vite femellis. Adhuc autem queçunq̄ laborioſa maſculorum propter laborem ſeneſcunt magis: deſiccat enim labor: ſenectus autem ſicca eſt. Natura autem ⁊ vt ad omne eſt dicere maſculi femellis longioris vite. Cauſa autem quia calidius animal maſculus eſt q̄ femella. Eadem autem in calidis longioris vite ſunt q̄ in frigidis locis propter eandem cauſam propter quam quidem ⁊ maiora ⁊ maxime notabilis magnitudo animalium frigidorū ſm naturā: propter quod ⁊ ſerpentes ⁊ ſaure ⁊ ſolidota magna in calidis locis ⁊ in rubro mari oſtracoderma: augmenti eſt calida humiditas cauſe ⁊ vite. In frigidis autē locis magnis aquꝫ humidum quod in animalibus eſt propter quod facile congelabile: quare hec quidem non fiunt omnino animalium que pauci ſanguinis: aut ſanguinem habētium in his que ad arctum locis neq̄ greſſibilia in terra: neq̄ a quatilia in mari: hec autem fiunt q̄dem: minora autem ⁊ breuioris vite: aufert enim congelatio augmentum. Alimentum autem non ſumentia ⁊ plante ⁊ animalia corrumpuntur. Conſumit enim ipſum ſeipſum quemadmodum enim multa flamma comburit ⁊ corrumpit paucam: eo q̄ alimētum cōſumat. ſic naturale calidum primo digeſtiuum, ⁊ ſumit materiam in qua eſt. Aquatilia autem greſſibilibus minus longe vite: non quia humida ſimpliciter: ſed quia aquoſa: tale autem humidum facile corruptibile: quia frigidum ⁊ congelabile de facili ⁊ exangue propter idem ſi non magnitudine recompenſetur: neq̄ eſt̄ pinguedinē: neq̄ dulce habet. In animali eñ q̄d pingue dulce: pp q̄d apes longioris vite alteri⁹ maioribus animalibus.

Propter q̄d coitiua cito ſeneſcunt.

Mares lōgiorꝫ vite femellis.

Capitulum tertium.

In plantis autem ſunt que longiſſime vite: ⁊ magis q̄ in animalibus primum quidem quia aquoſa minus: quare non facile congelabilia. Deinde habens viſcoſitatem ⁊ frigiditatem ⁊ ſicca ⁊ terreſtria exiſtentia: tamē non habent facile ſiccabile humidum. De hoc autem quod eſt naturam arborum eſſe multum durabilem oportet accipere cauſaꝫ habent eñ propriam ad aīalia preterq̄ ad entoma. Iuuenes eñ

ſemper plante fiunt propter quod multis temporis: ſemper enim altere germinationes: he autem ſeneſcũt. ⁊ radices ſimiliter: ſed non ſimul: ſed aliquando quidem ſolus ſtipes ⁊ rami perierunt: alteri autem iuxta nati ſunt. ¶ Cum autem ſic fuerint radices alie ex exiſtente generantur: ⁊ ſic ſemper manet: hoc quidẽ corruptuꝫ hoc autem factum propter quod longe vite aſſimilantur autem plante entomis ſicut dictum eſt prius: diuiſe enim viuunt ⁊ duo 3
⁊ multa fiunt ex vno. ¶ Entoma autem vſq; ad viuere peruenerunt: multo autem non poſſunt tempore. non enim habent organa: neq; facere poteſt ipſa principium in vnoquoq;. Quod autem in planta poteſt: vbiq; enim habet ⁊ radicem ⁊ germen potentia propter quod ab hac ſemper prouenit: hoc quidem nouum: hoc autem ſeneſcens modico aliquo differentia ineſſe longe vite ſic quemadmodum que abſplantantur. Etenim in abſplantatione modo aliquo dicet vtiq; aliquis eadem accidere: particula enim quidem quod abſplantatum. In abſplantatione quidem igitur ſeparatis accidit hoc: ibi autem per continuum. Cauſa autẽ quia ineſt vbiq; principium virtute exiſtẽs. accidit autem idem in animalibus ⁊ plantis. In animalibus enim longioris vite maſculi vt in pluribus: horum autem ſuperiora maiora q̃ inferiora: magis enim manus maſculus q̃ femella. In ſuperiori autem calidum: ⁊ frigidum in inferiori: ⁊ plantarum que capite graues longioris vite: tales autem que nõ epeteia ſed arboroſa. ſuperius eſt plante ⁊ caput radix eſt. Epeteia autem ab inferius ⁊ fructum accipiunt augmentum. Sed de hoc quidem ſecũdum ſe in his que de plantis determinabitur. Nunc autem de alijs animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine vite ⁊ de vite breuitate. Reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute ⁊ ſenectute ⁊ vita ⁊ morte. His enim determinatis finem vtiq; habebit que de animalibus methodus.

propter q̃d ẽtoma deciſa parũ viuũt. plãta aũt ſic multo tpe viuũt pħt

In hoc tractatu perſcrutatur de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis vite dicamus igitur ꝙ conceſſum eſt hic eſſe cauſas naturales in his duobus accidentibus: et ꝙ omne quod attribuit animali de generatione ⁊ corruptione: cremento: ⁊ diminutione: et ſomno et vigilia: et vniuerſaliter de omni tranſmutatione non attribuitur niſi quatuor qualitatibus ſcilicet caliditati ⁊ frigiditati: ſiccitati et humiditati: non q̃titati neq; qualitati. Uerbi gratia ꝙ grauitati ⁊ leuitati: et nigredini et albedini: et hoc declaratum eſt in libro de generatione ⁊ corruptione. Longitudo igitur et breuitas vite non attribuuntur niſi h's quatuor qualitatibus. ¶ Et cum hoc poſitum eſt: dicamus ꝙ longitudo ⁊ breuitas vite dicuntur multis modis. ¶ Aut ſm comparationem ad genus. Uerbi gratia dicere quidem ꝙ vegetabilia vniuerſaliter ſunt lõgioris vite q̃ animalia. ¶ Aut ſm comparationẽ ad ſpeciem. Uerbi gratia ꝙ homo eſt longioris vite q̃ rana: ⁊ ꝙ palma eſt longioris vite q̃ ficus. ¶ Aut ſm comparationem ad aliquem modum. Uerbi gratia ꝙ habitantes in regionibus calidis et humidis ſunt longioris vite q̃ habitantes in

Oim trãſmutabilium eẽ q̃tuor primis qualitatibꝰ attribuunt.

M

Longitudo ⁊ breuitas vite dicitur multis modis.

regionibus frigidis ⁊ ſiccis.¶ Aut ſm̃ comparationẽ ad indiuiduũ.V.g.
ꝙ ſortes eſt lõgioris vite q̃ plato.hoc igitur poſito dicamus quod decla=
ratum eſt in quarto meteororum . ꝙ generatio eſt quando virtutes actiue
dominantur in generatione ſuper paſſiuas :⁊ corruptio accidit econuerſo
ſcilicet quando paſſiue dominantur ſuper actiuas:⁊ hoc fuit ita quia quã
do calor menſuratus cum frigore dat generato formã propriã naturalem
immo hec eſt illa forma ⁊ humiditas menſurata cum ſiccitate recipit for=
mam ⁊ figurã:dum igitur in ente naturali habuerint dominium due virtu
tes actiue ſuper paſſiuas conſeruabitur ſuum eſſe:⁊ quãdo debilitabuntur
tunc dominabuntur ſuper illas virtutes alie actiue proprie alij enti :et ſic
corrumpetur illud ens.V.g.quia calor naturalis qui menſuratus eſt cum
humore naturali dum habuerit dominium in humoribus non accidet pu=
trefactio.ſi igitur fuerit debilis ad digerendum illos humores:aut fuerit
nimis intenſus accidet illic calor extraneus corrumpens:⁊ corruptio acci
dit vniuerſaliter quando proportio naturalis que eſt inter virtutes acti=
uas ⁊ paſſiuas in vnoquoq; ente fuerit deſtructa:⁊ quãto magis iſta pro=
portio fuerit maior:tanto magis illud ens erit remotum a corruptione:et
q̃to minor:tanto propinquior corruptioni.¶ Et ideo entia in quibus do
minatur mixtio aque ⁊ ignis ſuper mixtionem terre ⁊ aeris ſunt longioris
vite ⁊ exiſtẽtie.In aqua eñ ⁊ igne ſunt qualitates actiue fortiores q̃ in ter
ra ⁊ aere:et in terra et aere ſunt paſſiue fortiores:⁊ tale ens eſt longioris ꝑ
manentie:quia iſta proportio non deſtruitur in eo a parua tranſmutatio=
ne.proportio enim naturalis inter virtutes actiuas ⁊ paſſiuas quãdo fue=
rit magna non deſtruetur niſi a magna tranſmutatione ⁊ in longo tempo=
re.Corruptio enim nihil aliud eſt niſi putrefactio que fit ex debilitate vir=
tutum actiuarum ⁊ fortitudine paſſiuarum:⁊ ideo qui habent talem com=
plexionem minime generantur in eis humores non digeſti : aut humores
combuſti . Complexio enim naturalis eſt in proportione naturali que eſt
inter virtutes actiuas ⁊ paſſiuas.quando igitur virtus frigida actiua fue
rit minor q̃ debet:comburentur humores:et quando calida fuerit minor:
accidet indigeſtio et cruditas.Iſta eſt igitur vna cauſarum per quam vna
ſpecies eſt longioris vite q̃ alia ⁊ minus recipit occaſiões ⁊ infirmitates.
Cauſa autem ſecunda eſt vt proportio naturalis inter duas virtutes acti=
uas adinuicem:⁊ proportio inter duas paſſiuas adinuicem in aliquo ge=
nere : aut aliqua ſpecie : aut aliquo modo:aut aliquo indiuiduo ſit maior
q̃ in alio genere aut alia ſpecie:aut alio modo:aut alio indiuiduo:⁊ pro=
portio naturalis quam habent animalia ⁊ vegetabilia in hac intentione
eſt vt calor ſit maior frigore ⁊ hu.maior ſicco : vt dictum eſt alibi.Anima=
lia igitur ⁊ vegetabilia in quibus dominantur calor ⁊ humiditas:et ſimi=
liter virtutes actiue ſunt longe vite:et corruptio accidit animalibus et ve
getabilibus quãdo carent altera iſtarum duarum proportionum aut vtra
q;: quoniam quando iſte virtutes actiue debilitantur accidet materie vt
diſſoluatur a forma propter malitiam digeſtionis et qualitatis materie:et
quando humiditas non fuerit multa in eis accidet ꝙ animalia et vegeta=
bilia deſiccentur cito:calor naturalis innatus eſt conſumere humiditatem
cum ſit.q.materia et nutrimentum illius:et cum humiditas erit cõſumpta
calor corrumpetur et dominabitur ſiccitas et frigiditas:et quanto magis
humiditas conſumetur:tanto magis dominabitur ſiccitas et frigiditas.
Siccitas enim videtur eſſe materia conueniens frigiditati : ſicut humidi=
tas caliditati.¶ Modi igitur animalium non diuerſantur in longitudine
vite niſi ſecundum diuerſitatem eorum in caliditate ⁊ humiditate:⁊ in do=

N. cur ignea ⁊ aq̃a ſũt lõgioris vite q̃ ter rea ⁊ ae= rea.

minio virtutum actiuarum ſuper paſſiuas. per has duas cauſas diuerſan= De cãis
tur modi hominum et indiuidua corum in vita. ¶ Corruptio autem con= corrup.
tingit indiuiduis duobus modis: aut naturaliter quando calor natura=
lis conſumit humiditatem naturalem que eſt in illo indiuiduo et domina
tur in eo frigiditas et ſiccitas: aut accidentaliter quando in eis genera=
tur de ſuperfluitatibus digeſtionis quod natura non poteſt diſtinguere:
et ſic accidunt ei infirmitates: et in iſtis non dominantur virtutes actiue
ſuper paſſiuas: quoniam quando virtutes actiue naturaliter habent do=
minium in aliquo indiuiduo ſuper virtutes paſſiuas: et non acciderct magna
gna cauſa extrinſeca contraria ex rebus que innate ſunt tranſmutare com
plexionem ex extrinſeco neceſſe eſt vt corruptio iſtius indiuidui ſit natu=
ralis: et poſtea iſte vite naturales diuerſantur ſecundum diuerſitatem in Uite ho=
caliditate ⁊ humiditate. Uite autem hominum vniuerſaliter ſequuntur minũ ſe
cordis proportionem complexionalem que eſt inter virtutes actiuas: et quuntur
paſſiuas inter actiuas adinuicem et paſſiuas adinuicem: et ideo videmus cordis ꝓ
multos homines quorum membra immanifeſta ſunt fortia: et virtutes co= portionẽ
rum magne: et contingunt eis egritudines mortales et moriuntur ante ſe cõplexio=
nectutem: et videmus alios minoris virtutis et debiliores venire ad ſene nalem.
ctutem: licet regimen eorum ſit conſimile: et ſignum eius quod cauſa lon=
gioris vite eſt abundantia caliditatis et humiditatis cum dominio calidi
tatis ſuper humiditatem: et vniuerſaliter virtutum actiuarum ſuper paſſi=
uas eſt quod contrarium vite eſt mors: et mors nihil aliud eſt niſi frigidi=
tas et ſiccitas: et cum cauſa mortis eſt frigiditas et ſiccitas: cauſa vite eſt
caliditas et humiditas: et ideo complexio iuuenum eſt calida et humida
et ſenum frigida et ſicca. ¶ Et ſignum eius eſt quod qui multum coeunt
parum viuunt: et caſtrati plus viuunt quam non caſtrati: et ſenes qui ha=
bent multam carnem plus viuunt quoniam cauſa multitudinis carnis eſt
caliditas et humiditas: et propter paucitatem coitus viuit mulus plus
quam equus: et femine plus quam maſculi: et qui habitant in regionibus
calidis et humidis ſunt longioris vite: et hoc accidit propter accidens ſci=
licet propter paucitatem putrefactionis: et ſerpentes qui ſunt multe humi
ditatis et caloris ſunt longioris vite quam ſerpentes qui ſunt in locis ca=
lidis ſiccis: aut frigidis et ſiccis: aut frigidis ⁊ humidis: et ſimiliter homi=
nes habitantes in inſulis marinis ſunt longioris vite quam habitantes
in agreſtibus: et animalia marina ſunt longioris vite quam agreſtia: quia
aqua marina calida eſt et humida: cauſa igitur conſeruans animalia per
ſe eſt abundantia caliditatis et humiditatis in ſua complexione: et domi=
nium actiuarum ſuper paſſiuas. ¶ Cauſe vero conſeruantes ipſum ex ex=
trinſeco ſunt ſex modi nominati: comeſtio et potus ⁊c. et quando iſtis vti
tur homo habens illa que habet in ſua complexione ſcilicet illa duo predi
cta ſecundum quod ſcriptum eſt in arte conſeruandi ſanitatem: neceſſario
prolongabitur ſua vita et non accidet ei niſi mors naturalis: cuius cauſa
eſt frigiditas et ſiccitas: et ſi non vtitur eis ſecundum quod oportet forte
morietur per dominiũ virtutum paſſiuarũ ſuper actiuas: quod eſt cauſa egri
tudinum materialium: et forte morietur morte naturali: quando humor
extraneus qui fuerit in corpore non fuerit valde malus: et accidit multis
hominibus quod appetitus eorum naturaliter conuenit ſuis complexio=
nibus: quapropter vite eorum elongãtur. illi autẽ in quibus virtutes acti
ue non dominantur ſuper paſſiuas moriuntur non naturaliter: ⁊ maxime
quando vtuntur regimine non conueniente: ⁊ vniuerſaliter qui carent his

duobus predictis neceſſario habent vitam breuem:⁊ corruptio accidit eis cito duabus de cauſis:quarum vna eſt cõſumptio naturalis humiditatis que eſt in corpore:⁊ dominiũ frigiditatis ⁊ ſiccitatis in eis:⁊ hoc erit quã do vtuntur rebus extrinſecis conuenienter: ⁊ multotiens accidit eis cum hoc mori non naturaliter propter ſuperfluitates generatas in eis ex debilitate virtutum actiuarum. ¶ Et videtur ꝙ complexio quam narrauimus eſt propria longitudinis vite in qua inueniuntur ille conditiones predicte:aut eſt ignota in arte medicine:aut difficile ſcitur:⁊ ſi eſſet nota preciſe indicaret medicus longitudinem ⁊ breuitatem vite. Et complexio media quam ponit Gale. videtur eſſe iſta:ſed ſcire iſtam complexionem ſenſu valde eſt difficile:et magis videtur eſſe per rationem ꝙ̃ per ſenſum:⁊ quia iſta proportio eſt ignorata naturaliter videmus ꝙ multi grauiter infirmi etiã viuunt multum:et multi bone conſiſtentie moriuntur iuuenes : ⁊ diuerſitas hominum in vita eſt ſm diuerſitatem eorum in hac proportione complexionali in illis duobus ſcilicet in abundantia caliditatis ⁊ humiditatis et in dominio virtutum actiuarum. ¶ Et in vegetabilib⁹ eſt tertia cauſa que facit longitudinem vite:⁊ eſt vt corrumpatur ⁊ creſcat in ſuis partibus ſcilicet vt cum deſiccetur aliquis ramus poſſit generari alius:⁊ cum hoc acquirit calorem naturalem qui eſt in eo a ſole plus ꝙ̃ animalia : ⁊ cũ hoc eſt multe aquoſitatis ⁊ propinquum formis ſimplicium. Q̃to a enim forma compoſiti fuerit magis remota a formis ſimplicium componentiũ: tanto magis erit contraria illis formis:quapropter actio ſimplicium fortior erit in ea. ¶ Dictum eſt igitur de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis vite ſm Ariſto.⁊ ſm fundamenta naturalia. Antiqui vero attribuunt longitudinem et breuitatem vite cauſis accidentalibus. Quidam enim dicũt ꝙ cauſa longitudinis vite eſt locus calidus ⁊ ſiccus.⁊ quidam magnitudinẽ corporis.⁊ quidam multitudinem ſanguinis:⁊ locus autem calidus ⁊ ſiccus eſt comburens ⁊ conſumens humorem naturalem : ⁊ ideo impoſſibile eſt vt ſit cauſa longitudinis vite niſi per accidens:quia putrefactio que accidit per humiditatem minoratur in tali loco . et ideo loca frigida ⁊ ſicca magis videntur eſſe cauſe longitudinis vite ꝙ̃ calida ⁊ ſicca : quia carent putrefactione que fit ex humiditate : ⁊ putrefactione que fit ex caliditate: ⁊ ideo proprium eſt iſtis regionibus ꝙ mors que accidit ex putrefactione raro accidat in eis : ⁊ ſimiliter magnitudo corporum non eſt cauſa longitudinis vite:niſi quando magnitudo prouenit ex multitudine calidi ⁊ humidi:non ex abundantia partis terreſtris in eis:⁊ ideo licet animal ſit parui corporis:tamen longioris vite eſt multis animalibus que ſunt maximi corporis:⁊ ſimiliter multitudo ſanguinis eſt etiam cauſa longe vite per accidens:multitudo em̃ ſanguinis accidit in animalibus ex abundantia calidi ⁊ humidi. Dictum eſt igitur de cauſis longitudinis vite ⁊ breuitatis ſecundum noſtrum poſſe ⁊ intellectum.

a Quãto aliq̃ forã magis remota fuerit a formis ſimpliciũ: tãto magis erit cõtraria illis formis.

Finis Libri de longitudine ⁊ breuitate vite Ariſtotelis.

¶ Ariſtotelis Stragyrite De phy ſionomia Liber incipit.

QUoniam animẽ ſeqnunt corpora ⁊ ipſe ſm ſeipſas
nõ ſunt impaſſibiles a motibus corporis
hoc aũt manifeſtum fit valde in ebrietatibus ⁊ egritudi-
nibus. Multum namqꝫ anime mutate videntur a paſſio-
nibus corporis: ⁊ econtrario vtiqꝫ corpus compatit paſ-
ſionibus anime: manifeſtum fit circa amores ⁊ timores:
triſtitias: ⁊ delectationes. Amplius autẽ ⁊ natura factis
vel generatis magis vtiqꝫ aliquis conſpiciet: ꝙ corpus ⁊
anima ita ſe habent connaturalia ꝙ fiunt cauſe plurimarum paſſionũ ad-
inuicem. Nunqꝫ enim animal factum vel generatum eſt tale: ꝙ formam ha
beret alterius animalis: animam vero alterius: ſed ſemper eiuſdem corpꝰ
⁊ animam. Quare neceſſarium eſt conſequi tali corpori talem formã. Am-
plius autem ⁊ ſcientes circa vnumquodqꝫ animalium ex forma poſſunt cõ
ſiderare: equites autem equos: ⁊ venatores canes. Si autem hec vera fue-
rint ſemper autem hec vera ſunt: erit vtiqꝫ phyſionomizare. ¶ Ubi quidem
igitur progenerati id eſt ante facti phyſionomes ſecundum modum argu-
mentantur phyſionomizare vnuſquiſqꝫ ad vnum. Alij quidem ex generibꝰ
animalium phyſionomizant: ponentes ſecundum vnumquodqꝫ genus fi-
guram quandam animalis ⁊ ſpeciei animam. Alij autem in talibus corpo
ris ſimilem habenti corpus ⁊ animam ſimilem putabant. Alij autem qui-
dam hoc quidem faciebant: non ex omnibus animalibus experiebantur:
ſed diſtinguebant ex ipſo genere hominum ſecundum gentes. Quecumqꝫ
differunt ſecundum vſus ⁊ mores: vt Egyptij ⁊ Thraces: ⁊ Scyte: ſimili-
ter electionem ſignorum faciebant. Quidam autem ex moribus apparen-
tibus quales mores diſpoſitionum ſequantur. Sequitur autem vnicuiqꝫ
mos: iracundo: timido: coeunti: ⁊ in vtraqꝫ aliarum paſſionum. Eſt autem
ſecundum omnes modos hos phyſionomizare. Et adhuc ſecundum alios
⁊ electionem ſignorum diſſimiliter fieri. Ui quidem igitur ⁊ mores ſolum
phyſionomizant primum quidem: quod quidam non ijdem ipſi exiſten-
tes mores qui ſunt in facie eoſdem habent: vt fortis ⁊ inuerecundus. eoſdẽ
autem habent: vel intellectualibus animalibus multum ſeparatum. Secũ-
do autem ꝙ ſecundum quedam tempora mores non eoſdem: ſed aliarum
habent. triſtibus enim exiſtentibus; quandoqꝫ contingit diem delectabili-
ter ducere ⁊ morem accipere qui eſt hilaris: ⁊ econtrario hilarem contri-
ſtari quod mos qui erat in facie permutatur. Adhuc cum his de paucis vti
qꝫ ſemper a parentibus ſignum accipiet. Qui autem ex feris phyſionomi-
zant: nec recte electionem ſignorum faciunt. Non enim eſt vtiqꝫ dicere
per tranſeuntem formam vniuſcuiuſqꝫ animalium ꝙ quicunqꝫ vni ſimilis
huic corpore erit: ⁊ anima ſimilis erit. Primum quidem ergo vt ſimplici-
ter dicere nullus vtiqꝫ videbit hominem ita ſimilem beſtie ſecundum aſſi-
milantem in aliquo. Adhuc autem cum his animalia pauca quidem pro-
pria habent ſigna: multa vero communia. Quare ſi vtiqꝫ ſimilia his que nõ
ſecundum proprium. ſed ſecundum commune aliquid magis iſte leoni ꝙ
ceruo ſimilior. Merito enim propria vero corporum proprium quid ſigni
ficare. Communia autem commune. commune quidem igitur ſignorum
nihil vtiqꝫ manifeſtabunt phyſionomizantium. Si autem aliquis proprij

vniuſcuiuſq; ferarum elegerit:non vtiq; habebit aſſignare:cuius ſunt hec ſigna.merito em̄ proprij proprium:proprium autē nullius.nullum autem animalium phyſionomizatorum in ala habebit vtiq; aliquis accipere:neq; em̄ fortē ſolum leonē:ſed alia multa:neq; timidū lepus:ſed ⁊ alia infinita.Si ergo neq; cōia eligentium manifeſtum aliquid fit:neq; ſm ꝓpria:nō vtiq; erit vnumquodq; animaliū aſpicere:ſed ex hominibus electiones eſt faciēdum patientibus eandem paſſionē:vt ſi fortis inſpiciat aliquis ſigna fortis animalium in vnum:accipientem oportet perſcrutari que paſſiones his quidem omnibus ſunt.Aliorum aūt animalium nulli accidit.Si enim ibi quis elegerit q̄ eadem ſunt ſigna fortitudinis predictis animalibus: nō ſolum fortitudinis communē ineſſe paſſionem eorum que ſunt intellectu:ſed et alia quedam ſic vtiq; dubitabit vtrum fortitudinis aut alterius ſigna ſint:ſed oportet ex pluribus eligi animalibus:⁊ non habētibus vllā paſſionem cōmunē manifeſtam:ſed quod cuius vtiq; ſigna reſpicit. Quibuſcunq; quidem ſignorum manſiua ſunt:aliquid manſiuum ſignāt. Que quidem autē venientia:diſcedētia ⁊ deficiētia quō vtiq; ſignū verū erit nō manētis in anima.Siquidem em̄ manſiuum adueniēs ⁊ deficiens ſignum quis ſuſcipiet cōtingeret vtiq;:⁊ ipſum quidem verum eſſe:nō tn̄ veniēs vtiq; erit:nō ſequens ſuper rem.Quecunq; autem paſſiones facere anime nō in aliquo permutant ſigna que ſunt in corpore quibus vtit̄ phyſionomon: non erunt vtiq; huiuſmodi cognitiones arti:vt que ſunt circa oppoſitiōes ⁊ ſcientias:medicum autē citharam nō cōtingit cognoſcere:nec addiſcentē aliquam diſciplinam:nō autem permutatus eſt a ſignis quibus vtit̄ phyſionomon. Oportet ergo determinare circa qualia quedam eſt phyſionomia.qm̄ nō circa oia.⁊ ex quibus ſingula ſigna accipiunt̄.Deinde cōſequēter de manifeſtiſſimis vnum quodq; manifeſtare. ¶Phyſionomia eſt ergo ſicut ⁊ nomē ipſius dicit de naturalibus paſſionibus que ſunt in anima:⁊ accidētium quecūq; aduenientia ⁊ tranſmutant ſigna phyſionomizata. Qualia aūt hec ſunt:poſterius declarabitur.Nunc autem dicam ex quibus generibus ſigna accipiuntur:⁊ ſunt oia.Ex motibus em̄ phyſionomizant: et ex figuris:⁊ coloribus:⁊ ex moribus apparētibus in facie:⁊ ex coloribus:⁊ ex leuitate:⁊ ex voce:⁊ ex carne:⁊ ex partibus:⁊ ex figura totius corporis. Uniuerſaliter quidem huiuſmodi inſunt que debent phyſionomices de omnibus generationibus in quibus ſunt ſigna:ſiquidē immanifeſtus aut nō deſignatiuus fuerit talis tranſitus remouit predicta.Nūc autem fortaſſis melius eſt vnumquodq; de ſingulis quecūq; manifeſta de phyſionomizatis certius explanare.Signa autē dicūtur quecūq; autem ſunt ſingulare feruntur:quecūq; nō in predictis manifeſtum eſt.

¶De coloribus.1.

Colores quidem ergo ſignificant acuti calidum ⁊ ſanguineum albi:rubei autem bonam natiuitatem:quando in leui corpore accidit hic color.

¶De pilis.2.

Pili molles quidem timidum:duri autem fortem.hoc autem ſignū ſumptum eſt ex omnibus animalibus.Timidiſſimum igitur ceru⁹: lepus:ouis:⁊ pilum molliſſimum habēt: fortiſſimum.autē leo:aper: ⁊ pilum duriſſimum naturaliter habēt.Eſt autem ⁊ in auibus hoc idem videre:vniuerſaliter enim quecunq; quidem habēt duram pēnam fortē:quecunq; autem mollem timidam:⁊ particulariter eſt hoc quidem,videre in coturnicibus ⁊ in gallis:ſimiliter em̄ habēt. Et in generibus hominum hoc idem accidit.Quicūq; quidem em̄ apud ſeptētrionem habitāt:fortes ſunt

⁊ durorum pilorum. Qui autem meridiem timidi: ⁊ pilum mollem habent. Piloſitas autem que eſt circa ventrem: loquacitatem ſignificat. hoc autem refertur ad genus auium. proprium enim auis eſt eorum que ſunt circa corpus: piloſitas: que eſt circa ventrem. eorum autem que ſunt circa intellectum loquacitas.

¶De carne. 3.

CAro autem dura quidẽ ⁊ habitus naturaliter inſenſibilem ſignificat: lenis autem ⁊ bene nata ⁊ inſtabilem: niſi in forti corpore: ⁊ habenti extremitates fortes hoc accidit.

¶De motu. 4.

MOtus autem tardi quidem mollem intellectum: acuti vero callidum.

¶De voce. 5.

IN voce autem: grauis quidem ⁊ diſtenſa: fortem. acuta autem ⁊ remiſſa timidum.

¶Regule phyſionomie. 6.

FIgure autem ⁊ paſſiones que apparẽt in facie ſecundum ſimilitudinem accipiunt paſſioni: quoniam enim patitur aliquid fit: vt ſi hoc habet quãdo aliquis iraſcitur iraſcibile ſignum eiuſdem generis. Mas femina maior ⁊ fortior: ⁊ extrema corporis fortiora ⁊ groſſiora: ⁊ boni habitus: ⁊ meliora ſecundum omnes virtutes.

¶Modi phyſionomie. 7.

SIgnorum autem que ſunt in parte fortiora ſunt que accipiuntur manifeſta in moribus: et ſecundum motus: ⁊ figuras. Omnino autem vni quidẽ ſignorum credere fatuum eſt. Quando autem plura conueniunt que ſunt in vno: accidit magis vtiqꝫ: ſi conueniens vtiqꝫ quis accipiat vera eſſe ſigna. Eſt autem alius modus ſecundum quem vtiqꝫ aliquis phyſionomonzrat: nullus quidem aggreſſus eſt: vt ſi neceſſe eſt iracundum ⁊ triſtem ⁊ prauum ſecundum morem inuidum eſſe. ⁊ ſi non ſunt inuidi. ſigna autem illis prioribus: contingit vtiqꝫ phyſionomoni ⁊ inuidum inuenire: maxime quidem quando talis proprius modus erit phyſionomizandi. poſſe autem quibuſdam exiſtentibus neceſſarium eſſe proprium putamus phyſionomie quod etiam contrariatur hoc ſecundum paſſiones phyſionomizare: ⁊ mala ſecundum paſſionem quidem intendens acutam. i. putabat: conſueſcet vtiqꝫ aliquis oportere ponere iracundiam.

¶De voce. 8.

INdignatus autem ⁊ iratus diſtendere conſueuit vocem: ⁊ acute loquitur: qui autem remiſſus ſtat: remittit vocem ⁊ grauiter loquitur. Rurſus autem animalium fortia quidem grauis vocis ſunt: timida autem acute vocis. Leo quidem ⁊ taurus ⁊ canis latrabilis ⁊ gallorum qui ſunt boni animi grauiter vociferant. Ceruus autẽ ⁊ lepus acute vocis ſunt ſed forte ⁊ in his melius eſt: non in eo quod ipſorum vox eſt acuta ⁊ grauis fortem autem timidum ponere: ſed arbitrandum eſt fortitudinem quidẽ fortis; remiſſam autem ⁊ imbecillem timidi. Eſt autem potiſſimum quoniam ſigna non confeſſa ſed ſubconiectantia nihil ponere: vt ſunt dicta qualia qualium credibiliora: ⁊ maxime quidem in ſpeciem: ſed non in omnia genera referre: ſimiliora enim ſunt queſito: nõ enim totum genus hominum phyſionomizamur: ſed quedam que ſunt in genere.

¶Signa fortis.9

P Ili duri:figura corporis erecta:oſſa ⁊ coſte ⁊ extrema corporis for nãtia:et magna:⁊ venter amplus ⁊ contractus ad ſe:armi lati ⁊ diſtantes:nec valde colligati:nec omnino diſſoluti:collum forte nõ vehementer carnoſum:pectus carnoſum ⁊ latum:ancha antrata : pecten deorſum contractum:oculus charopus:nec valde expanſus : nec omnino clauſus:vitreus color qui eſt in corpore:acuta frons:recta:nõ magna:nõ macra:neqꝫ leuis neqꝫ omnino rugoſa.

¶Signa timidi.10.

P Ili molles:corpore inclinatus non erectus:que ſunt ſub vmbilico ſurſum tracta circa faciem:ſubcroceus:oculi imbecilles:⁊ palpebri zans:et extrema corporis imbecillia:et crura parua:manꝰ longe: et ſubtiles:lũbi aũt parui ⁊ imbecilles:figura ꝯtenſa in motibꝰ nõ inuerecũdus:ſed inclinatus ⁊ ſtupefactibilis mos q̃ eſt in facie:mobilis:ſollicitꝰ.

¶Bene nati ſigna.11.

C Aro mollior non boni habitus:nec valde pinguis:que ſunt circa muſculos ſcapularum ⁊ collum macriora:et que ſunt circa faciem incolligata:que ſũt circa muſculos ſcapularum ⁊ inferiora remiſſa bene ſoluta:que ſunt circa coſtas et ſecundum dorſum non carnoſum corpus album rubeum ⁊ purum cutis ſubtilis:pili non valde duri:nec valde nigri:oculus charopus humidus.

¶Inſenſibilis ſigna.12.

Q Ue ſunt circa collum et crura carnoſa complexa et colligata cotile rotunda muſculi ſcapularum ſurſum expanſi:frons magna: circularis:carnoſa:oculus croceus:crura circa cauillam groſſa: carnoſa:rotunda:mandibule magne carnoſe:lumbi carnoſi:crura longa:collum groſſum:facies carnoſa ſublonga ſufficienter:motus aũt ⁊ figuram ⁊ morem qui apparet in facie ſm̃ ſimilitudines accipit.

¶Inuerecundi ſigna.13.

O Culus apertus ⁊ ſplendidus:palpebre ſanguinee ⁊ groſſe ⁊ parue curue:muſculi ſcapulaꝝ ſurſũ eleuati:figura nõ recta:ſꝫ paꝝ curua.

¶Ornati ſigna. 14.

I N motibus autem acutus rubeus corpore:color ſanguineꝰ :facies rotunda:pectus ſurſum tractum:in motibus tardus:et loquẽs tarde:⁊ vox plena ſpiritu:⁊ oculus hilaris:nẽ ſplẽdidus:niger: ⁊ neqꝫ valde apertus:neqꝫ omnino clauſus palpebrizans tarde:oculorum enim qui palpebrizant:hi quidem timidum:hi vero callidũ ſignant.

¶Animoſi ſigna.15.

F Rons bene magna ⁊ carnoſa ⁊ leuis que ſunt circa oculos faciens videtur humilior ⁊ ſomnolentior:.neqꝫ intenſe aſpiciens:neqꝫ remiſſe:in motibus tardus erit ⁊ remiſſus figura ⁊ more qui eſt in facie non preceps:ſed videtur bonus.

¶Inant moſi ſigna.16.

R Ugoſa facies ⁊ macri oculi:confractum ſimul autẽ ⁊ confractura oculorum duo ſignificant:hoc quidem molle ⁊ femininum:aliud vero demiſſum paudũ in figura humilis ⁊ motibus remiſſis.

¶Signa ſeruilis:al's cinedi.17.

O Culus confractus:genu flexibilis:inclinatores capitis ad dextra motus:manuum ſupini ⁊ diſſoluti:⁊ ambulationes duplices:hoc q̃dem circumclinatum:alio vero tenentes lumbos et oculorũ deſpectiones:qualis vtiqꝫ fuit Dionyſius ſophiſta.

¶Signa auari.18.

FAcie remiſſus:nigri coloris macer:que ſunt circa faciez quaſi abraſa:facies rugoſa:recti crines ⁊ nigri.

¶Signa iracundi.19.

REctus corpore:figura bene latus:animoſus:ſubruffus:ſpatule diſtantes:⁊ magne:⁊ late:extrema ⁊ magna ⁊ fortia:leuis circa pect⁹ et circa bubones:boni menti circũcurſus capillorũ deorſum deſcendens.

¶Fortis ſigna.20.

FOrtis ſpecie bene carnoſus : caro humida:multa : bone magnitudinis:et commenſuratus figura:curuus:curſus capillorum ſurſum vulſus.

¶Signa eorũ qui ſunt aliorũ reprehenſores.21.

OCuli ſunt rugoſi:ſomnolentus facie in ore videtur.

¶Signa puſillanimi.22.

PAruorum membrorum ⁊ paucorum articulorum macer ⁊ paruorũ oculorum:⁊ parue faciei.

¶Amatores contumeliarum.23.

QUibuſcunq; eſt ſuperius labium eleuatum ⁊ ſpecie precipites ſuprubicundi.

¶Signa miſericordis.24.

MIſericordes ſunt quicunq; ſunt albi coloris:et puri:⁊ habent oculos quaſi cum quadam lipitudine:⁊ nares deorſum diſtantes : et ſemper plorant iſti tales:et amatores ſunt mulierum ⁊ generatiui fœminarum ⁊ circa mores interrogantium:ſemper commemoratiui et bene nati calidi:horũ aũt ſigna dicta ſunt.Miſericors eſt ſapiens ⁊ timidus ⁊ ornatus:immiſericors eſt indiſciplinatus ⁊ inuerecundus.

¶Qui ſunt boni ad comedẽdũ. Signa voracis.25.

BOni ad comedendum ſunt hi quibus id quod ab vmbilico ad pectus maius eſt:aut quod exinde eſt vſq; ad collum.

¶Signa luxurioſi.26.

QUi eſt albi coloris ⁊ piloſus rectis capillis ⁊ groſſis ⁊ nigris in corpora piloſa:oculus pinguis ⁊ inſanus.

¶Somnolenti ſigna.27.

AMatores autem ſomni ſunt qui habẽt ſuperiora maiora ⁊ calidi et habent carnem boni habitus:⁊ pili circa ventrem.

¶Signa rememoratiui 28.

QUi habent ſuperiora maiora ⁊ curuiora ⁊ carnoſiores : ſunt memores.

¶De ſignis particulariter.29.

VIdetur aũt mihi aĩa ⁊ corpus cõpati adinuicẽ:⁊ aĩe habit⁹ alterat⁹ ſiĩ alterat corporis formã:⁊ iterũ for̃a corporis alterata ſiĩ alterat aĩe habitũ.Qm̃.n.aĩe eſt triſtari et letari manifeſtũ eſt q̃ triſtes obſcure faciei ſunt.gaudentes autẽ hilaris.ſiquidẽ igit̃ adhuc aĩa diſſoluta forma q̃ eſt in corpore exiſtente cõtingit diſſolui:ſiquidẽ ⁊ ita aĩa ⁊ corp⁹ cõpatiunt̃ nõ tñ ↄferentes adinuicẽ.nũc aũt manifeſtũ q̃ vtrũq; vtriq; ↄſequitur:maxime quidez igit̃ ex hoc manifeſtũ fiet.Mania vr̃ eẽ circa aĩam:⁊ medici medicinis purgãtes corpus dietis vtẽtes i ipſis pmutãt aĩam a mania:curationibus aũt corp⁹ ⁊ ſiĩ corporis forma ſoluitur:⁊ aĩa a mania permutat̃:qm̃ q̃dez vtraq; ſoluunt̃ palã:qm̃ cõferunt adinuicẽ.manifeſtũ aũt ẽ q̃ ṽtutibus aĩe ſiĩes corporis forme fiũt.q̃re erũt oĩa ſiĩia in aĩalib⁹ eiuſdẽ cuiuſdã declaratiue

multa aũt aĩalia ſunt ⁊ opant. he q̃dẽ ꝑprie paſſiones vniuſcuiuſq; ſexus
aĩaliũ ſunt: alie vero cões in ꝑprijs eiꝰ opibꝰ aĩe ꝑprie paſſiões ẜm corpꝰ.
in communibus aũt cões: cõmunes quidem ſunt iniuria ⁊ que eſt circa ve
nerea extenſio: lateratarum ⁊ vilium: communis eſt iniuria. porcorum et
aſinorum habitus qui eſt circa venerea maſticando coeunt. propriũ aũt
eſt: in canibus quidem contumelioſum: in aſinis aũt triſte. Qualiter q̃dem
igitur commune quidem ⁊ proprium cõuenit diſtingui: dictum eſt: opꝰ eñ
eſt multa conſuetudine ſi aliquis debet eſſe in ea ſufficiens ad dicẽduʒ ſin
gula de his: quoniam enim ea que videtur in corporibus dicũtur referri
ad ſimilitudines que fiunt ab animalibus: ⁊ ab actibus: ⁊ ꝑprie quidem
alie a caliditate ⁊ frigiditate fiunt. Sunt enim horum quedam apparen-
tium in corporibus parua differentia vtentia: ⁊ eodem nomine appella-
ta: vt pallores qui ſunt facti a rumoribus et a laboribus. ipſi enim eodem
nomine vtuntur: et differentiam paruam habeant adinuicem. parua autẽ
differentia exiſtente non facile eſt cognoſcere: ſed ex conſuetudine forme
apparentem quidem aſſumere conuenientiam. Eſt autem optimus modꝰ
et velox qui eſt ab apparente conuenientia ⁊ contingit. Ita eodẽ mõ vtẽtẽ
multa cognoſcere: ⁊ nõ ſolũ vlr̃ vtile eſt: ſed ad electionẽ ſignorum ſingula
riũ electorꝝ: ⁊ dicere opʒ talem vt q̃d eligitur: vult. Amplius aũt ẜm electio
nem ſignorꝝ: ⁊ ſyllo vti quo opus eſt: niſi vtiq; contingat adiungentes et
conuenientibus conuenientia: vt ſi inuerecundus erit ⁊ paruiloquꝰ: ⁊ fur
vtiq; erit ⁊ illiberalis: ⁊ fur quidem contingens in verecundiam et parui-
loquum illiberalis: in talibus quidem igitur vniuſcuiuſq; oportet hoc mõ
ẜm conueniẽtiã fieri ſciam. nũc aũt primũ tentabo gña aĩaliũ diſtinguere
⁊ que ipſorꝝ cõtingit permutari adtendendũ fortia ⁊ timida: ⁊ iuſta ⁊ iniu
ſta. Diſtinguendũ aũt aĩaliũ genus in duas formas: in maſculinã ⁊ in fe-
mininã adiungẽtẽ paſſiones cõuenientes vnicuiq; forme. Sunt. n. ſilia q̃
conantur nutrire ferarum manſuetis magis: ⁊ molliores ẜm animas femi
ne maribus ſunt: minus autem fortes: verum nutrimenta ⁊ aſſuetudinem
manuum recipientes magis: quare exiſtentes tales erunt alicubi minus
iracunde maribus. Manifeſtum autem hoc ex nobis alicui eſt: quoniam
cum ira vincimur difficulter prudentes: et maxime fortes ſumus ad nihi-
lum veniendum: ferimur autem ad cogendum ⁊ operandum ad quod ira.
Mouetur autem mihi et magis vel mali: aut operatiua fieri femina maſcu
lis et preualentiora et minus defenſiua. Femine quidem igitur et que cir
ca nos nutriuntur: ⁊ valde alicubi manifeſta ſunt: que vero ſunt circa ſiluã
omnes confitentur paſtores ⁊ venatores: quia talia ſunt qualia dcã ſunt.
At vero et hoc manifeſtum eſt quod ſingularium in vnoquoq; genere fe-
mina mare minoris capitis ⁊ anguſtioris faciei: ⁊ ſubtilioris colli ⁊ pecto
ra imbecilliora habent. et paruarum coſtarum ſunt. Anchas autem et co-
xas magis carnoſas maribus: genua mollia: ⁊ crura ſubtilia habẽt: pedes
vero pulchriores et formaʒ totiuscorporis molliorem magis q̃ fortiorẽ.
Minus neruoſa autem ſunt ⁊ molliora: vtentia humidioribus carnibus:
maſculina vero his omnibus contrariam habent naturam. verum fortior
et iuſtior eſt genere. Que vero femine timidior et iniuſtior: his ita ſe ha-
bentibus videtur leo omnium perfectiſſimũ in aſſumendo maris formaʒ.

¶ De leone qui pro mare ſumitur hic. 2o.

LEo enim habens os bene magnum: faciem aũt quadratã non valde
oſſeam: ſuperiorem mãdibulã nõ preextantẽ: ſed equalr̃ pendentem
deorſum: naſum aũt magis groſſum q̃ ſubtilẽ: oclos charopos 2ca

nos nõ valde rotũdos:neq; valde ꝓtenſos:magnitudinẽ vero moderatã: ſupciliũ bene magnũ:frontẽ q̃dratã:ex medio ſubcõcauã ⁊ ad ſupercilia autẽ ⁊ naſum ſub fronte ſicut nubes ſuperſtat:ſupius aũt fronte iuxta naſum hꝫ pilos inclinatos:caput moderatũ:collũ bone lõgitudinis groſſum innodatũ:hꝫ crines flauos:neq; valde criſpos:que ſunt circa iuncturam ſpatularũ bñ ſpacioſa magis q̃ cõiuncta:ſpatulas fortes ⁊ pectus iuuenile: et metaphrenon latum bene dorſatũ. Anche non carnoſe ⁊ coxe:crura fortia ⁊ neruoſa:balen iuuenilem:⁊ totũ corpus articulatũ ⁊ neruoſum:neq; valde humidũ. Ambulat aũt tarde magnifice trãſiens:⁊ mouẽs ſe in ſpatulis quãdo ambulat. Talis enĩ eſt ſm ea que ſunt circa corpus:que aũt circa aĩam datiuum ⁊ liberale:magnanimum ⁊ amatiuum victorie:⁊ manſuetum iuſtũ ⁊ amatiuum cum quibus aſſociabitur.

De pardali pro femina.

Pardalis autẽ fortibus eſſe viſis feminee forme eſt magis q̃ nunc ſecũdum crura. His autem cooperatur ⁊ aliquod opus fortitudinis operatur. Eſt enĩ habẽs faciem paruam:os magnum:oculos paruos: albos:concauos:ipſos enim ſuperficiales:frontem longam:aures rotundas magis q̃ planas:collum longum valde ⁊ ſubtile:pectus non amplum ⁊ longum dorſum:anchas carnoſas ⁊ coxas:que vero ſunt circa ilia ⁊ ventrem leuia ⁊ magis. Color autem varius ⁊ totum inarticulatum eſt ⁊ immẽſuratũ. Forma autem corporis talis eſt:in his que ſm animã prauum eſt ⁊ fictiuũ:⁊ olno dicere ⁊ doloſum. Alalĩũ autẽ que videntur forti couenientia ⁊ aſſumpta aĩalia maſculine forme ⁊ feminine dicta ſunt. Alia autem qualia ſunt facile eſt vtiq; pertranſire. Quecũq; aũt ad phyſionomizandũ conſpicere cõtingit ab animalibus in electione ſignorum dicetur. Electio autẽ ſignorum que eſt ſm homines ſic accipitur.

De pedibus.32.

Quibuſcũq; pedes bene nati ⁊ magis articulati ⁊ neruoſi fortes ſunt ſm ea que ſunt in anima. reducentur ad maſculinum genus. Quicunq; autem pedes paruos ſtrictos ⁊ inarticulatos habent:delectabiles autem videre ꝙ fortiores molles ſunt ſecundum ea que ſunt in anima: referuntur ad femininum genus. Quibus pedũ digiti curui:inuerecundi: ⁊ q̃bus vngues curui:referuntur ad aues curuorum vnguium. Quibus pedum digiti coniuncti ſunt ſtercoroſi:referuntur ad ortycas ſtrictorum pedum latuum.

De cauillis pedum.

Quibuſcunq; ea que circa cauillas ſunt neruoſa ⁊ articuloſa: fortes ſunt ſecundum animam:referuntur ad maſculinum genus. Quicunq; autem ſunt carnoſi circa cauillas:⁊ inarticulati: molles ſm animam referuntur ad femininum genus.

De cruribus.34.

Quicunq; crura habent articulata ⁊ neruoſa ⁊ formantia:fortes ſunt:ſm animã referunt ad maſculinum genus. Quicunq; crura ſubtilia neruoſa hñt:luxurioſi. referuntur ad aues. Quicũq; crura ſuperflua habent ⁊ ſint parum dirupta:odibiles ⁊ inuerecundi. referuntur ad apparentem decẽtiam. Qui ſunt ſm genua ſubtiles:tumidi. ⁊ referuntur ad ſuperapparentem cõuenientiam.

De coxis.35.

Quicunq; habent coxas oſſeas ⁊ neruoſas: fortes ſunt referuntur ad maſculinum genus. Quicunq; hñt coxas carnoſas ⁊ oſſeas: molles ſunt:et rferuntur ad femininum genus.

¶De pectine.36.

Quicunqȝ pecten oſſeū acutum habēt:ſunt fortes:quicūqȝ carnoſuȝ ⁊ pinguē habēt:molles.Quicūqȝ aūt ſm modicā carnem ſicut deſic catam:mali moris ſunt.referunt ad ſimias.

¶De lumbis.37.

Quicūqȝ aūt bn̄ lūboſi ſunt:amatores ferarū.referunt ad canes ⁊ leones.videbit vtiqȝ aliqͥs ⁊ canes valde venatores lumboſos eſſe.

¶De ventre.38.

Quibuſcunqȝ aūt ea q̄ ſunt circa ventrē pinguia bene fortes:referuntur ad maſculinum.Quicunqȝ aūt nō pingues:molles.referunt ad apparentem conuenientiam.

¶De ſpina vel dorſo.39.

Quicunqȝ aūt ſpinā magnam ⁊ bene fortem habent:fortes ſunt anima:referunt ad maſculinum.Quicunqȝ autem ſpinam ſtrictā ⁊ imbecillem hn̄t:molles.referuntur ad femininum.

¶De coſtis.40.

Quicūqȝ aūt bn̄ coſtati:fortes ſunt ſm aīam:referunt ad maſculinū genus.Quicūqȝ aūt ſunt nō bene coſtati:molles ſunt:ſm aīam referunt ad femininū genus.Quicūqȝ ex coſtis circūducti:timidi ſunt: ſicut inflati loquaces:⁊ ſtultiloqui.referunt ad boues:aut ranas.

¶De vmbilico.41.

Quicūqȝ aūt maius hn̄t qđ ab vmbilico vſqȝ ad extremū pectoris:q̄ qđ eſt ab extremitate pectoris:vſqȝ ad collū:voraces ⁊ inſenſibiles. voraces quidē q̄ ventrē magnū habēt quo appetunt cibum.inſenſibiles aūt q̄ anguſtum locum habēt ſenſus:repleti forti odoratione in recipiendo cibum:ita ꝙ ſenſus infirmos habent propter repletionem ciborum magis q̄ indigentiam.

¶De pectore.42.

Quicunqȝ aūt pectus magnum habent ⁊ articulatum:fortes ſunt:ſm animam referuntur ad maſculinum.

¶De methaphrenon.43.

Quicūqȝ autē methaphrenon habēt magnum ⁊ bene carnoſum ⁊ articulatum:fortes ſunt ſm aīam.referunt ad maſculinum.Quicunqȝ autem imbecille ⁊ non carnoſum ⁊ inarticulatū:molles ſunt ſm animam.referunt ad femininum.

¶Ad idem.44.

Quicūqȝ aūt methaphrenō curuū hn̄t valde:muſculi ad poſt cōcurrētes mali moris ſunt:referunt ad apparentē ꝯuenientiā:q̄ pereūt ad anteriora deferentia videri.Quicūqȝ aūt methaphrenon eminens hn̄t chayni ⁊ nō intelligētes referunt ad equos.qm̄ aūt neqȝ curuū vehementer opȝ eſſe neqȝ cōcauū methaphrenō querendū:bene nati.

¶De muſculis.45.

Quibuſcūqȝ muſculi eminētes ⁊ ſpatule fortes ſunt:ſm animā referūtur ad maſculinum.Quibuſcunqȝ muſculi imbecilles ⁊ inarticulati molles ſunt ſm animam referuntur ad femininum.hoc dico que dixi de pedibus ⁊ coxis.

¶De ſpatulis.46.

Quibuſcunqȝ aūt ſpatule bene ſolute ſunt: liberales ſunt: ſm animā referuntur ad apparentem:q̄ cōuenit apparenti forme liberalitas. quibus vero difficulter ſolubiles cōuulſe:illiberales.referuntur ad apparentem conuenientiam.

¶ De his que ſunt circa clauē colli.47.

Quicūq; aūt ea que ſunt circa clauē colli bene ſolubilia ſenſerint non bene ſolubilibus exiſtentibus circa clauem facile mobilem motum ſenſuum recipiunt. Quibus vero circa claues concluſa ſunt: inſenſibiles: difficulter enim inſolubilibus exiſtentibus his que circa clauem impotentes ſunt recipere motum ſenſuum.

¶ De collo.48

Quicūq; aūt collū groſſum habent fortes ſunt ſm animā referuntur ad maſculinū. Quicūq; aūt hñt ſubtilē imbecilles ſunt. referuntur ad femininum. Quibuſcumq; collum groſſum et carnoſum: iracundi: referuntur ad iracundos tauros. Quibuſcūq; aūt eſt bene magnum non valde groſſum: magnanimi referuntur ad leones. Quibuſcumq; eſt longum ſubtile: timidi ſunt. referuntur ad ceruos: quibus enim breue valde: doloſi ⁊ inſidiatores: referuntur ad lupos.

¶ De labijs.49

Quibuſcunq; aūt ſunt labia ſubtilia ⁊ in extremitatibus relarata qđ ſuperius labium ad inferius protendatur ad coniunctionem labiorum: magnanimi ſunt. referuntur ad leones: videbit vtiq; aliquis hoc ⁊ in magnis ⁊ fortibus canibus quibus labia ſubtilia dura circa dentes caninos ſupereminētes. qui ita habent nobiles: referuntur ad ſues: qui autem groſſa labia habent ⁊ ſuperius inferiori protendens fatui. referuntur ad aſinos. Quicūq; autem ſuperius labium ⁊ gingiuas preeminentia habēt: amatores ſunt contumeliarum. referuntur ad canes.

¶ De naſo.50.

Quicunq; aūt naſum extremum groſſum habent: rathmi ſunt id eſt facile animum habent ad concupiſcendum. referuntur ad boues. Quicunq; autem naſum in extremitate groſſum habent: inſenſibiles ſunt. referuntur ad ſues. Quicunq; autē naſum extremum acutū habent difficulter: iraſcibiles ſunt referuntur ad canes. Quicunq; autem naſum habent rotundum ⁊ obtuſum: magnanimi. referuntur ad leones. Quicunq; naſum extremum ſubtilem habent: articulares: qui habent a fronte mox curuum inuerecundi ſunt. referuntur ad coruos. Quicunq; autem aquilinum habent inarticulatum in fronte: magnanimi: referuntur ad aquilam. Quicunq; autem naſum concauum habent: frontem rotundam: ⁊ rurſum eminens rotundum. luxurioſi: referuntur ad gallos. Quicunq; autē ſimum: luxurioſi. referuntur ad ceruos. Quibuſcunq; autem nares ſunt aperte iracundi referuntur ad paſſionem que fit in ira.

¶ De facie.51.

Quicunq; faciem carnoſam habent rathmi. i. facile concupiſcibiles ſunt: referuntur ad boues. Quicunq; faciem macilentam habent: ſolliciti. Quicunq; autem carnoſam: timidi: referuntur ad aſinos ⁊ ceruos. Qui valde paruam habent: puſillanimi: referuntur ad gatum ⁊ ſimiam. Quibus facies magna: tardi. referuntur ad aſinos ⁊ boues: quoniam neq; paruam neq; magnam oportet eſſe. medius habitus vtiq; horum erit conueniens. Quibus autem facies videtur paruifica: illiberales ſunt: referuntur ad apparentiam.

¶ De oculis.52.

Quibus autē ab oculis tanq; lippitudines dependent: amatores vini ſunt. referuntur ad paſſionem. Eſt enim vehementer cadens: quoniam oculorum lippitudines eminent amatores ſomni. referuntur ad paſſionem: quia ex ſomno ſurgentibus dependēt que ſunt in oculis. Quicūq;

oculos paruos habent:puſillanimi:referuntur ad apparentiam ⁊ ſimiaꝫ. Quicunqꝫ vero habent oculos magnos.referuntur ad boues :igitur bene natum oportet neqꝫ magnos:neqꝫ paruos habere oculos.Quicunqꝫ autē concauos habent.malitioſi reducuntur ad ſimiam.Quicunqꝫ habent oculos eminentes:fatui.referuntur ad apparentiam:et aſinos:quoniaꝫ neqꝫ eminentium oculorum:⁊ neqꝫ concauorum oportet eſſe:medius vtiqꝫ habitus dominabitur.Quicunqꝫ autem parum concaui:magnanimi.referūtur ad leones.quibus in plus:manſueti.referuntur ad boues.

¶De fronte.53.

Quicunqꝫ frontem paruam habent :indiſciplinales. referuntur ad ſues.Quicunqꝫ habent magnam valde:tardi referuntur ad boues. Quicunqꝫ rotundam:inſenſibiles:referuntur ad aſinos.Qui autem longam ſuperficiem:inſenſibiles.referuntur ad canes.Quicunqꝫ quadratam et moderatam tamen frontem habent:magnanimi.referuntur ad leones. Quicunqꝫ autem tenſam habent:adulatores.referuntur ad paſſioneꝫ que fit.Quicunqꝫ autem obnebuloſam.audaces.referuntur ad taurum ⁊ leonem.Videbit vtiqꝫ aliquis in canibus:quando canes blandi ſunt valde: quietam frontem habent.Quando autem connebuloſus eſt habitus: audaciam ſignificat:tranquillitas autem adulationem:medius habit⁹:vtiqꝫ horum bene decentem ſe habet.Quicunqꝫ triſtem habent frontem : meſti ſunt.referuntur ad paſſionem:quoniam meſti triſtem habent facieꝫ. Qui autem obſcuram et dimiſſam:planctiui ſunt.referuntur ad paſſiones : qꝫ planctiui dimiſſi ſunt.

¶De capite.54.

Quicunqꝫ autem habent magnum caput:ſenſitiui.referuntur ad aſinos.Qui habent capita pineata:inuerecundi.referuntur ad habētes vngues curuos

¶De auribus.55.

Quicunqꝫ aures paruas habent:ſimiales ſunt.Quicunqꝫ autem magnas:aſinini.Videbit vtiqꝫ aliquis et canum obtunos moderatas aures habere.

¶De coloribus.56.

Quicunqꝫ autem ſunt valde nigri:timidi .referuntur ad egyptios ethiopes.Albi autem valde timidi ſunt referuntur ad mulieres. Color autem qui confert ad fortitudinem:eſt medium horum oportet eſſe.Flaui boni animi ſunt referuntur ad leones. Rubei.valde aſtuti. referuntur ad vulpes.Pallidi colore:timidi ſunt.referuntur ad paſſionem que fit ex timore.Qui autem ſunt mellei coloris:deſiccati ſunt ⁊ frigidi:frigida mobilia difficiliter mobilibus exiſtentibus his que iuxta ſuum corpus : erunt vtiqꝫ tardi. Quibus color rubeus eſt : acuti ſunt : quia omnia que ſunt ſecundum corpus a motu calefacta erubeſcunt. Quibus color flammeus eſt:manifeſti:quia ea que in corpore vehementer calefacta flammeum colorem habent.Qui autem ſunt extreme calefacti : manifeſti vtiqꝫ ſunt.Quibus autem eſt flammeus color ſuper ea que ſunt circa pectus difficulter iraſcibiles ſunt referuntur ad paſſionem.Iratis namqꝫ ſuꝫ peraccenduntur ea que ſunt circa pectus.Quibus auteꝫ ea que ſunt circa collum ⁊ tempora vene diſtenſe ſunt : difficulter iraſcibiles.referuntur ad paſſionem:quia iratis hec accidunt.Quibus facies ſupererubeſcens eſt : verecundi ſunt referuntur ad paſſionem:quia verecunditatis ſupererubeſcit facies.Quibus gene ſupererubeſcunt:ebrij:vel amatores vini ſunt referuntur ad paſſionem:quia ebrijs ſupererubeſcūt gene.Quib⁹ aūt ocli

ſupererubeſcunt:egreſſiui ab ira.referuntur ad paſſionem:quia his qui ab ira ſunt egreſſiui:erubeſcunt oculos. Quibus autem oculi valde nigri:timidi:niger autem color valde viſus eſt timiditatē ſignificare. Qui autem non ſunt valde nigri ſed declinantes ad flauum colorem:boni animi ſunt. Quibus autem oculi glauci aut albi:timidi ſunt.viſus eſt albus color timiditatem ſignificare. Qui autem non ſunt glauci:ſed charopi:boni animi ſunt.referuntur ad leones ⁊ aquilas. Quibus binoſi maniati ſunt.referuntur ad capras. Quibus autem ignei:ſunt inuerecundi.referuntur ad canes. Qui autem oculos diſcoloratos habent:⁊ turbatos:timidi.referuntur ad paſſionem:quia qui timuerunt pallidi fiunt colore non equaliter. Quicunqꝫ oculos lucentes habent:luxurioſi.referuntur ad coruos ⁊ gallos.

De piloſitate tibiarū ⁊ aliarum particularum. 57.

Quicunqꝫ habent tibias piloſas:venerei ſunt.referuntur ad hyrcos. Quicunqꝫ autem ea que ſunt circa pectus ⁊ vētrem valde piloſa habent:nunqꝫ in eiſdem perſeuerant.referuntur ad aues: quia hec:et pectus: et ventrem valde piloſum habent. Quicunqꝫ pectora habent valde nuda: vel non piloſa: inuerecundi ſunt.referuntur ad mulieres. quoniam igitur non oportet valde piloſa eſſe neqꝫ nuda. Quicunqꝫ muſculos ſpatularū piloſos habent: nunqꝫ in eiſdem perſeuerant.referuntur ad aues. Quicunqꝫ dorſum vel ſpinam habent piloſam valde inuerecundi ſunt.referuntur ad beſtias. Quicunqꝫ autem collum retro piloſum habent liberales ſunt.referuntur ad leones. Quicunqꝫ autem mentum habent acutum:boni animi.referuntur ad canes. Quicunqꝫ habent ſupercilia ſimul:triſtes ſunt.referuntur ad ſimilitudines paſſionis. Quicunqꝫ ſupercilia diuulſa habent ante naſum:et diuulſa vſqꝫ ad tempora:fatui ſunt. referuntur ad porcos. Qui erectos pilos habent in capite:timidi:referuntur ad paſſiones:quia timentes facti eriguntur vel erigent. Quicunqꝫ capillos vehementer criſpos hābent:timidi.referunt̄ ad paſſiones:quoniam igitur rigentes ⁊ vehementer criſpi timiditatem ferunt. Qui in extremitate ſunt criſpi:ad bonum animum referuntur. Quicunqꝫ autem frontē quod eſt ante caput eleuatum habent:liberales ſunt.referuntur ad leones. Quicunqꝫ caput oblongum habent:⁊ capillos ad frontem iuxta naſum liberales:referuntur ad decentem apparentiam.

De allatione manuum. 58.

De manus ⁊ cubiti ⁊ brachij motu idem refertur. Quicunqꝫ muſculis ſpatularum rectis tenſis:gallinationes referuntur ad equos. Qui ſpatulis mouentur curui:ſunt ſapientes.referuntur ad leones. Quicunqꝫ autem pedibus peruerſis ambulantes ⁊ cruribus femininis.referūtur ad mulieres. Quicunqꝫ autem corporibus circuntorquentes ſe ⁊ fricantes ſc:adulatores ſunt. referuntur ad paſſiones. Inclinati autem ad dextram in ambulando timidi ſunt.referunt̄ ad apparentem decentiam. Quicunqꝫ habent oculos bene mobiles:acuti rapaces.referunt̄ ad ancipitres. Quicunqꝫ palpebrizant:timidi.qui in oculis primi mouētur.qui oculos frequenti tempore mouentes tincturam albuginis in oculo intellectiui. Si enim alicui notio vehementer fiat in ea ⁊ viſus.

De voce. 59.

Quicunqꝫ magna vociferāt grauiter:iniurioſi referuntur ad aſinos. Quicūqꝫ aūt.vocāt a graui incipiētes ⁊ finiūt in acutū:iracūdi ⁊ plāctiui.referunt̄ ad boues ⁊ ad decētiā vocis. Quicūqꝫ aūt vocib⁹ acutis et mollibus ruptis loquunt̄:timidi.referuntur ad mulieres ⁊ ad decentiam.

Quicunq; grauiter vocant: magiſtri non perplexiui. referuntur ad fortes canes ⁊ decentiam. Quicunq; molle ſine tenſione vocant: mãſueti referunt ad oues. Quicunq; vocãt acute ⁊ fortiter: iracundi. referuntur ad capras.

¶ De paruis corpore ⁊ magnis. 60.

Parui valde acuti ſunt: motu enim ſanguinis paruum locum cõtinẽte ⁊ motus velociter valde accedunt ad ſapere. Qui autẽ ſunt valde magni: tardi ad proficiendum: motu enim ſanguinis magnum locum continente: motus tarde accedunt ad ſapere. Quicunq; autem paruorum ſiccis carnibus vtentes ſunt autem ⁊ caloribus: aut per caliditatem corporibus ſuperfluunt: nihil perficiunt. Exiſtente enim in paruo moto ⁊ veloci ꝓpter igneum nunq̃ finem idem eſt ſapere: ſi aliud in aliud prius q̃ ꝙ ſuperficiat. Quicunq; magnorum humidis carnibus vtentes autem ⁊ calore per frigiditatem: non permittit aliquid accedẽs ad ſapere. Quicunq; autem paruorum ⁊ humidis carnibus vtentes ⁊ caloribus propter frigiditatem: fiũt perfectiui. Exiſtente enim motu in puero difficiliter mobile cõplexionis commenſurationem prebuit primum perficere. Quicũq; magnorum duris carnibus vtentes ſunt ⁊ caloribus per caliditatem fiunt perfectiui: ⁊ ſenſitiui: ⁊ magnitudinis ſuperabundantiam carnium, caloris caliditas acquiſiuit: quia commenſuratum eſſe ad perficiendum. Excedentia igitur corporum magnitudinibus aut paruitudinibus deficientia ſint continentia: perfectiua ſunt: ⁊ ſicut imperfecta dictum eſt media natura horũ ad ſenſus, optima et perfectiſſima: quibus vtiq; ſupponitur ⁊ debentia ſentire moderatam oportet eſſe magnitudinem.

¶ De commenſuratis vel incommenſuratis. 61.

Incommenſurati aſtuti vel doloſi. Menſurati vtiq; erunt et fortes. Relationem autem commenſurationis ad corporum bonam motionem ⁊ bonam natiuitatem reducendum: ſed non ad formam muſculi: ſicut in principio dictum eſt bene ſe habet: aut ⁊ omnia ſigna quecunq; predicta ſunt referre ad apparentem conuenientiam ⁊ in maſculum ⁊ in feminã. Hec enim perfectiſſima diuiſione diuiſa ſunt: ⁊ demonſtratum eſt maſculus ⁊ femina iuſtior ⁊ fortior: ⁊ vniuerſaliter dicere melior. In omni autem electione ſignorum alia alijs ſignis magis declarãt manifeſte ſubiectum. Manifeſtiſſima autem que in principaliſſimis locis fiunt. principaliſſimus autem locus eſt qui eſt circa oculos ⁊ frontem ⁊ caput ⁊ faciem. Secundus autem qui eſt circa pectus: ⁊ ſpatulas: conſequenter circa crura ⁊ pedes. que autẽ circa ventrem minime. Omnino autem dicere iſta loca manifeſtiſſima ſigna prebent: in quibus ⁊ ſapientie plurime ſuperappar[illegible]tia fit.

¶ Finis Libri Ariſtotelis de phyſionomia: nup[illegible]rime priſtino candori reſtitutus. Lugduniq; per Solertem virũ Jacobũ myt impreſſus. Sumptibus autem honeſtorum dominorum Scipionis de Gabiano: et fratrum. Anno ſalutiferi partus. M.D.xxx. Die. xxi. aprilis.

¶ Regiſtrum.

A B C D E F G H J K L M N O P Q R S T U X. Omnes ſunt quaterni: preter X qui eſt ternus.